NOV-ANTIQUA

Sanctiſſimorum Patrum, & Probatorum Theologorum Doctrina,

De

SACRÆ SCRIPTURÆ TESTIMONIIS, IN CONCLUSIONIBUS MERE NATURALIBUS, QUÆ SENſatâ experientiâ, & neceſſariis demonſtrationibus evinci poſſunt, temere non uſurpandis:

In gratiam

Sereniſſimæ CHRISTINÆ Lotharingæ, Magnæ-Ducis Hetruriæ, privatim ante complures annos, Italico idiomate conſcripta

à

GALILAEO GALILAEO, Nobili Florentino, Primario Serenitatis Ejus Philoſopho & Mathematico:

Nunc vero juris publici facta, cum Latina verſione Italico textui ſimul adjuncta.

Auguſtæ Treboc.

Impenſis ELZEVIRIORVM,

Typis DAVIDIS HAVTTI.

M. DC. XXXVI.

ROBERTUS ROBERTINUS

Borussus, MATTHIAE BERNEGGERO, amico singulari, Salutem.

VT primum, VIR CLARISSIME, Galilæi Dialogorum, de Systemate Mundi, Latinam ex Italica lingua conversionem à te susceptã audivi, protinus elegantissimum, eruditissimum & piissimum, ab eodem Autore, in hanc rem, ante 18. aut 20. annos, in gratiam Sereniss. *Christinæ* Lotharingæ, Magnæ-Ducis Hetruriæ, conscriptum Discursũ, nondum hactenus, quod sciam, editum, à multis tamen curiosè quæsitum, visum, exceptum, à me autem annis abhinc quindecim, inter pretiosas Italici mei itineris merces diligenter asservatum, tuæ Dialogorum conversioni annectendum ad te mittere constitui. Duplex hujus propositi ratio mihi stetit. Nam & Publicum bonum erat in oculis, cujus multum interesse duxi, ut sapientissima monita, eximiaq; doctrina scripti illius patefiat omnibus: & verò Honestas ipsa ad pium hoc officiũ, Magni videlicet illius Viri, novi Astronomiæ Parentis, à rabido calumniantium latratu mor-

tu morſuq; vindicationẽ, editione libelli ſuſcipiendam inflammabat: cujº immenſa in rem Aſtronomicam beneficia, adeo omnẽ viventium gratiam, omneſq; illi pro tantis meritis debitos honores ſunt ſupergreſſa, ut ſolâ eorũ æternùm duratura memoriâ & perennitate compenſanda nobis ſuperſint. Is enim Hollandico teleſcopio ad perfectiorem amuſſim redacto, velut alter Prometheus, bacillo hoc optico, Cælorũ abditos receſſus luſtrans, Cæleſtes ignes, nova inquam ſydera, veteribus Aſtronomis non viſa, & incognita; Galaxię expeditam rationem, antiquis Philoſophis & Aſtronomis dubiam & perplexam; Solaris corporis nubeculas, Lunaris ſcabritiem, & diſperſas opacitates; Saturnũ tricorporeũ, Venerem falcatã, ceterorumq; Planetarum proprios affectus, eorumq; omnium ſimul à Sole mendicata lumina (ex quibus ineffabilis Aſtronomicæ ſcientiæ lux effulſit) *primus* nobis detexit. Hunc tamen tantum Virum, nec innocentia vitæ, nec beneficiorum promerita gratia (quam communẽ cum optimis quibusq; fortunam habet) ab Invidia Malignantiũ eſt tutata. Triſtes namq; maleficæq; naturæ, quas ſydere ſuo Saturnus afflavit, de incognitis ſibi

ſcien-

ſcientiis decernendi jus arroganter uſurpantes, ideoq; omnibus, eruditione ſupra communem conſpicuis invidentes, ſibiq; ipſis diffidētes (æterno felicis, ſi bona ſua noſſet, ſed ingrati hujus noſtri ſeculi probro) inſolenter adverſus eū inſurgunt, & pro debita gratia contumeliam (rem vel ipſa morte graviorem) illi concitant. Cujus odii cauſa ſola eſt, quod celebritatem, quam ſibi ex ſingularibus dogmatis, Peripateticæ, & vulgariter in Scholis receptæ Philoſophiæ contrariis, adept⁹ eſt, ferre non poſſunt; licet ea omnia, neceſſariis ſemper rationib⁹ fulta probataq;, & experimentis confirmata ubiq; tradat. Utq; tutius fallant, & ad ſuas partes incautos pelliciant, ac in eum quem impetunt, venenata maledicentiæ ſpicula altius figant, ficto & ementito Pietatis & Religionis Zelo amicti, voce & ſcriptis, privatim & publice edicunt, Galilæum Romæ apud Sanctum Officium delatum, citatum, eoq; loci carceratum, judicatum, & ad doctrinę à ſe de Mundi Syſtemate traditæ abdicationem condemnatum, pœnitentiisq; ſolennibus addictum, rurſusq; carceri, perpetuùm (ut ajunt) duraturo mancipatum: his dicteriis illum, ut nocentiſſimum, & atrociſſimis hæreſibus impietatibusq; contra Catholicam Eccleſiam ac Fidem

inquinatū, æternâ infamiâ obruere ſatagentes, non alio veriſimiliter animo, niſi ut (ſi res illis ex voto ſuccedat) ſibi velut autoribus in poſterum illius inventa tribuant & arrogent. Has autē calumnias, licet Inſignis hujus Viri ante hac edita Opera (in quibus nihil quicquam Catholicę Fidei, & debitę erga Eccleſiam obſervantię adverſum reperire eſt) ejusq; innoxii mores, & ſpectata Virtus, ſatis ſuperq; retundant: præ ceteris tamen hoc ipſius Opuſculum, ad id videtur eſſe quam maxime appoſitum: quod eo nomine (pro meo erga ipſum cultu, iniquę ejus ſortis ad extremum miſertus) in hunc finem ad te mitto, ut invicto hoc intimi ejus affect⁹ teſtimonio, operâ tuâ, typis divulgato, ſincera Viri Pietas & Candor omnibus bonis innoteſcat. Cum enim hujus unius tantum inſimulari poſſit, quod circa Mundi Syſtema, ſentētiæ Copernicanę olim aſſenſum prębuerit: (ſi tamen culpandus dici mereatur is, qui in propoſitione mere naturali, opinioni nondum damnatę ſubſcripſerit) & jam de hoc argumento, multis annis, antequam de eo deliberatum eſſet, Diſcurſus hic ab ipſo ſit conſcriptus, in quo ſimul cum Doctrina, & Lincea, qua ſemper in omnibus quæ tractat pollere cernitur, perſpicacitate, ſubmiſſa etiam ejus erga

Eccle-

Eccleſiam reverentia, & ſumma in Religionem ac Fidem pietas, adeo ſe produnt, ut à nullo, etiam eorum qui Sanctimoniæ celebritate claruerunt, quicquam religioſius in hoc argumento dici potuerit; ſi propter ſententiam adverſus eam doctrinam nuper Romæ latam, aliquatenus argui poſſit, quod in ea diſcernenda ſatis oculatus non fuerit: nequaquam tamen pravi ullius in hac re conſilii culpari poterit: quin imo potius, Pietatis nomine, ab ipſo luculenter in hoc Scripto profeſſæ & patefactæ, multum laudis & gratiæ, apud omnes bonos & ſinceros promeriturus eſt. Sicq; calumniis invidorum disjectis & everſis, illorum injuria, apud probatos homines (ex quibus paucorum inſignium ſeverum & grave teſtimonium, inepti vulgi fabulis ſemper anteponendum) non tam de fama Viri detraxiſſe, quàm ad nominis ejus gloriam, multum addidiſſe comperietur; Venerandi præſertim Senis moderatione & conſtantiâ, proterviam illorum infamante. Vale. Scrib. Dantiſci, die 6. Januarij, ineuntis anni 1635. quem tibi tuisq; felicem precor.

BERNEGGERUS ROBERTINO SUO S. P. D.

REmitto tibi, Virorum & amicorum eximie, quanquam expectatione publica, meaq; destinatione seriùs aliquanto, GALILAEI, *pro Samia Philosophia, contra nostri ævi Cleanthum objectiones Apologeticum, quem Systemati Cosmico incomparabilis illius Astronomiæ restauratoris annectendum, pridem ad me misisti. Pro mea, & bono publico serviendi, & tibi gratificandi cupiditate, feci libenter, ut editionem egregii scripti, quantum in me esset, promoverem: idq; statim cum ipso Systemate, anno superiore prodiisset in lucem, si, quod vehementer optaveram, aut à te ipso Latine conversum, aut saltem temporius, ut adhuc ante Systematis editionem ab alio verti posset, nobiscum communicasses. Nunc dum & quæro interpretem, & Bibliopolæ longiùs absentis exquiro voluntatem, annus abiit. Oravi autem, atq; adeo exoravi Virum, aviti generis splendore juxtà ac Virtutum & eruditionis exquisitæ, multiplici junctæ cum experientia, decoribus illustrem,* AELIVM DEODATVM, *Iurisconsultum Parisinum, ut hanc nobis interpretandi commodaret operam, quæ ille benevole præstita non minus, ac tu facta prompte scripti copia, Remp. litterariam, ipsamq; posteritatem, demeruistis insigniter. Nam de Autore ipso, & quomodo is institutum hoc nostrum accepturus sit, non habeo dicere. Cum enim ille (quod nunc primum ex epistola tua recte didici, & ex uno alteroq; loco Systematis antea subobscure conjeci) suis ab æmulis, ad quos refellendos hic comparatus Apologeticus est, indignissime tractetur; fieri sane queat, ut librum tot per annos domi habitum, nunc demum in lucem alienâ curiositate protractum nolit; ne scilicet adversando responsandoq; publice, istos ex insanis insaniores efficiat. Est enim hæc natura talium hominum, qui persuasionis pertinaciâ jam occalluerunt, ut implacabili diversa sequentib. indicto odio, etiamsi commonstrato errore, caussâ ceciderint, non tantùm non cedant, sed de genu etiam pugnent adversus manifestam veritatem: adhæc hominum vulgus, hoc est, impertissimum judicem etiam eorum quæ ante pedes sunt, in partes vocent: ad extremum Calumniis certent; adversum quas, cum omnia feceris, arma silentio tutiora nulla reperies. Vt proinde credibile sit, sapientissimum Virum, inimicorum impotentiam, furorem atq; vecordiam, generoso contemptu, magnanimoq; silentio dehinc ulciscì, hoc est contumeliæ ipsi contumeliam facere malle. Sufficit nimirum illi in hoc tempore judicium saniorum paucorum; apud posteros, cum obtrectationis invidia decesserit, luculentissimum industriæ testimonium consecuturo. Quod enim Demosthenes de rebus gestis veterum Athenienssium dicere solebat, laudatorem iis dignum esse solummodo* Tempus, *id de Magno quoq; Galilæo non absurde pronunciaveris. Hostium ejus degeneres obtrectationes, oblivio mox obruet: ipse per ingenii divini monumenta posteritati monstratus, (nec me fallit augurium)* Superstes *erit. Vtut sit, jacta alea est, & si vel iniquo nostram transalpinorum hominum diligentiam animo vir summus est excepturus, impune certe peccaverimus, ut in absentem. Vale, jucundissime mi Robertine, & quod facis, mihi meisq; favere perge. Scr. Aug. Treb. Calend. Febr. 1636.*

Ad

AD SERENISSIMAM DOMINAM, MAGNAM-DVCEM Hetruriæ, Magni- Ducis Matrem,

GALILÆVS GALILÆI.

ANte aliquot annos (vt scit V. Serenitas) multa, olim abdita, Nostrisq; inaudita & inuisa, in Cælis detexi, quæ, tum propter rei nouitatem, tum quòd ex cõsequentiis, quæ ex iis eliciuntur, aliquibus Propositionibus Physicis, communiter in Scholis receptis, contraria esse viderentur, multos, Philosophiam vulgariter in Academiis receptam profitentes, adversus me concitarunt; quasi ipsi Naturæ, & Scientiis, nouâ obscurirate fucum facturus, hæc quæ à me reperta sunt, manu mea in Cælis collocassem; (haud memores, Multitudinem Verorum, & conferre, & concurrere cum Inuestigatione, Augmento, & Constitutione disciplinarum; tantum abest, vt eas diminuat, aut destruat) Adeoq; Præconceptæ potius opinioni, quàm Veræ, sese addixerunt, vt Nouiter hæc detecta (quorum, si ad illa animum aduertere voluissent, facilè, vel ipsorum sensuum adminiculo, certiores facti fuissent) & negauerint, & vanis dissertationibus, ad id etiam adhibitâ Sacrarum Literarum au-

ALLA SERENISSIMA MADAMA LA Gran Ducheſſa Madre,

GALILEO GALILEI.

IO scoperſi alcuni anni à dietro, come ben' sà l' Altezza vostra Sereniſſima, molti particolari, nel Cielo, stati inuisibili sino à quest' età, liquali, si per la nouità, si per alcune conseguenze, che da essi dipendono, cõtrarianti ad alcune proposizioni naturali, communemente recenute dalle Scuole de i Filosofi, mi eccitorono contro non piccol numero di tali Professori, quasi che io di mia mano hauessi tali cose nuouamente collocate in Cielo, per intorbidar' la Natura, & le scienze: & scordatisi in certo modo, che la moltitudine de' veri, concorre all' inuestigatione, accrescimento, e stabilimento delle discipline, e non alla diminuzione, e destruzzione: e dimostrandosi nell' istesso tempo, più affezzionati alle proprie opinioni, che alle vere, scorsero a negare, e far' proua d' annullare quelle nouità, delle quali il senso stesso, quãdo hauessero voluto con attenzion' riguardarle, gli haurebbe potuti render' sicuri: e

toritate, ex locis ab iis perperam intellectis, & à propoſito longè remotis deſumptâ, euertere conati ſint. Aberratione vtique maximâ; in quam vix incurriſſent, ſi Diui Auguſtini, de non temerè decernendo de obſcuris, & ſolâ ratiocinatione comprehenſu difficilibus rebus, ex occaſione cuiuſdam Concluſionis naturalis ad Corpora Cæleſtia pertinentis, in hæc verba, ſapienter monenti, aures præbuiſſent:

per queſto, produſſero varie coſe, & alcune ſcritture publicarono ripiene di vani diſcorſi: e quel'che fù più graue errore, ſparſe di atteſtazioni delle Sacre Scritture, tolte da luoghi non bene da loro inteſi, e lontano dal propoſito addotti; Nel quale errore forſe non ſarebbero incorſi, ſe haueſſero auuertito vn' vtiliſſimo documento, che ci dà S. Agoſtino, intorno all'andar' con riguardo, nel determinar' reſolutamente ſopra le coſe oſcure, e difficili ad eſſer cõpreſe, per via del ſolo diſcorſo; mentre parlando pur'di certa concluſion' naturale, attenente a i Corpi Celeſti, ſcriue coſi:

Lib. 2. de Geneſi ad Literam in fine.

Nunc autem, ſeruatâ ſemper moderatione piæ grauitatis, nihil credere de re obſcura temerè debemus, ne fortè, quod poſtea veritas patefecerit, quamuis Libris Sanctis, ſiue Teſtamenti Veteris, ſiue Noui, nullo modo eſſe poſſit adverſum, tamen propter amorem noſtri erroris, oderimus.

Poſtmodùm autem accidit, vt, cùm Tempore, & variis Experimentis, eorum quæ à me indicata fuerant, comprobata veritas eſſet, varii contradicentium affectus innotuerint, tum ſcilicet illorum, qui animo non fucato, noua hæc inuenta pro veris non admittebant, tum & eorum, qui incredulitati liuorẽ etiam adiungebant. Quocirca, quemadmodum Aſtronomiæ, & Scientiæ Naturalis Periti, primo de his nuntio, confeſtim aſſenſum præbuere: ſic qui partem Negatiuam amplectebantur; aut, qui Affirmatiuæ non ob aliud dubitanter ſubſcribebant, quàm propter improuiſam rei nouitatem, aut quòd ab illis nulla adhuc eorum viſa eſſent experimenta; poſtea rationibus conuicti, lubentes etiam in aſſenſum venêre. At,

E accaduto poi, che il tẽpo è andato ſucceſſiuamete ſcuoprendo à tutti, le verità prima da me additate: e con la verità del fatto, ſi è fatta paleſe la diuerſità de gli animi, trà quelli, che ſchiettamente, e ſenza altro liuore non ammetteuano per veri, tali ſcuoprimenti, e quelli, che all'incredulità aggiugneuano qualche affetto alterato. Onde, ſi come i più intendeti della ſcienza Aſtronomica e della Naturale reſtarono perſuaſi al mio primo auuiſo; così ſi ſono andati quietando di grado in grado gli altri tutti, che non veniuano mantenuti in negatiua, ò in dubio, da altro, che dall' inaſpettata nouità, e da non hauer' hauuta occaſione di vederne ſenſate eſperienze. Ma

quelli,

qui præter proprii erroris amorem, priuatas etiam rationes odii, contrariæ partis habuerunt, non tam erga res ipsas, (cùm eas vix negare possent) quàm erga me, earum autorem, animum infestum, obstinato silentio obtegentes, eo ipso, quo priores molliti fuerant, multò quàm anteà vehementiùs exacerbati, mihi aliis modis iniuriam & damnum intentare conati sunt: Eos tamen non maioris penderem, quàm illos, qui antea mihi contradixerunt, quos, de controuersiæ exitu securus, semper neglexi) nisi animaduerterem, nouas has eorum calumnias & infectationes, nequaquam in hoc dubio, Cuius nostrum certior aut minus accurata sit eruditio & doctrina, terminatum iri, (cùm tenuitatis meæ mihi conscius, nunquam nisi tritam & vulgarem, eam mihi tribuerim) sed in eum finem ab iis protendi, vt mihi pro viribus, notas inurant, vel ipsâ morte grauiores. Quapropter è re mea esse existimaui, eorum improbitatem nõ solùm iis quibus vtrique nostrum perspecti sumus, sed & in genere omnibus hominibus patefacere. Hi ergo, fine hoc sibi proposito, me & res meas quouis modo subuertendi, scientes, me in Astronomicis & Philosophicis (quod ad Mundi Systema) profiteri, Solem immotum in Centro Conuersionum Orbium Cælestium consistere, Terram autem conuertibilem in seipsam, illi circumagi: audientesque, me hanc propositionem confirmare non solùm refu-

quelli, che oltre all'amor del primo errore, non saprei quale altro loro imaginato interesse gli rende non bene affetti, non tanto verso le cose, quanto verso l'Autore di quelle; non le potendo più negare, cuoprono sotto vn continuo silenzio, e diuertono il pensiero ad altre fantasie, inacerbiti più che prima, da quello, onde gli altri si sono addolciti e quietati, tentano di pregiudicarmi con altri modi: de' quali io veramẽte non farei maggiore stima di quel ch' io m' habbia fatto dell'altre contradizioni (delle quali mi risi sempre, sicuro dell' esito che doueria hauere il negocio) s' io nõ vedessi, che le nuoue calunnie e persecuzioni non terminano nella molta ò poca dottrina, (nella quale io scarsamente pretendo) ma si estendono à tẽtar' d' offendermi cõ macchie, che deuono essere e sono da me più aborrite, che la morte; ne deuo contentarmi, che le sieno conosciute per ingiuste da quelli solamẽte che conoscono me e loro; ma da ogn'altra persona. Persistendo dunq; nel primo loro instituto, Di voler con ogni imaginabil maniera atterrar' me & le cose mie; sapendo com'io ne' miei studii d'Astronomia e di Filosofia tẽgo circa alla costituzione delle parti del Mõdo, Che il Sole, senza mutar luogo, resti situato nel Cẽtro delle conuersioni de gl'Orbi celesti, e che la Terra, conuertibile in se stessa, se gli muoua intorno: e di più, sentendo, che tal posizione vò con-

tatis rationibus Ptolemæi & Aristotelis, sed & multis in contrarium aduersus eos adductis, & speciatim aliquibus, ab effectibus naturalibus, petitis, quorum causæ vix aliunde quàm ex ea propositione assignari possunt, tum aliis etiam Astronomicis, pendentibus ab iis, quæ nouiter in Cælo à me sunt reperta, Systema Ptolemaicum funditus euertentibus, & mirè cum hac propositione concordantibus, eamque apprime confirmantibus: forte etiam propter agnitam veritatem aliarum mearum Propositionum à communibus diuersarum obstupefacti, nec satis sibi fidentes, si soli Philosophico Campo inniterentur; has inquam ob causas, fallacibus suis ratiocinationibus consulturi, (simulatæ Religionis fuco se adumbrantes) ad Sacram Verbi Diuini Autoritatem confugerunt, ex illo, malè ab iis relato & intellecto, rationes meas nullatenus sibi perceptas refutare tentantes.

In primis autem omnium animis quantum in eis fuit) vniuersim Doctrinam hanc, velut è diametro, Sacris Litteris contrariam, & cõsequenter damnandam & hæreticam effinxerunt: Deinde animaduertentes, proniores esse homines, iis actionibus se dare, quibus (licet iniustè) damnum, quàm iis, ex quibus leuamentum proximo emergat, nullâ operâ, sibi sequaces adsciuerunt, qui publicè ex suggestu inclementer hanc

fermando, non sol' col' reprouar' le ragioni di Tolomeo e d' Aristotele, ma col produrne molte in contrario; & in particolare, alcune attenẽti ad effetti naturali, le cause de' quali forse in altro modo non si posson' assegnare: & altre Astronomiche, dependenti, da molti riscõtri di nuoui scoprimenti Celesti, liquali apertamente confutano il Systema Tolemaico, e mirabilmente cõ quest' altra posizione si accordano, e la confermano: e forse cõfusi per la conosciuta verità d' altre proposizioni da me affermate, diuerse dalle communi: e però diffidando hor mai di difesa, mẽtre restassero nel campo Filosofico: per questi dico cotali rispetti, si sõ risoluti à tentar' di fare scudo alle fallacie de' lor' discorsi, co'l mãto di simulata Religione, e con l'autorità delle Scritture Sacre, applicate da loro, con poca intelligenza, alla confutatione di ragioni nè intese, nè sentite.

E prima, hanno per lor'medesimi, cercato di sparger' concetto nell' vniuersale, Che tali proposizioni sieno contro alle Sacre Lettere, & in consequenza, dannande & eretiche: Dipoi scorgendo, quanto per lo più l' inclinazione della humana natura sia più pronta ad abbracciar' quelle imprese, dalle quali il prossimo ne venga, benche ingiustamente, oppresso, che quelle, ond' egli ne ricena giusto sollcuamento;

nõ gli è stato difficile il trouare, chi per tale, ciò e dannãda & eretica, l'habbia con insolita cõfidẽza predicata, fin' da i Pulpiti; cõ poco pietoso, e men consi-

doctrinam velut hęreticam damnârunt, idque immeritò, & graui cum iniuria non tantùm aduersus eam, eiusq; sectatores, sed & aduersus omnes Mathematicas disciplinas, earumque Professores. Hinc, maiori sumptâ fiduciâ, (quasi futurum esset, vt semen illud, quod primum in eorum animis haud sinceris radices egerat, in immensum excresceret, & ramos suos, in Cælum usque diffunderet) rumores in vulgus sparserunt, breui opinionem hanc ab auctoritate suprema damnatum iri. Cuius censuræ quoniam ea vis futura erat, vt non solùm hanc Propositionem de Mundi Systemate radicitus euelleret, sed & alias omnes Obseruationes & Propositiones Astronomicas & Naturales illis respondentes & connexas, damnandas redderet; ad faciliorem eius sui finis adeptionem in primis contenderunt, vt opinio hæc, tanquam Noua, & speciatim, tanquam Mea, omnibus innotesceret; malignè dissimulantes & reticentes, *Nicolaum Copernicum*, eius fuisse auctorem, seu potius renouatorem, eiusque assertorem, virum inquam non solùm Catholicum, sed etiam Sacerdotem, & Canonicum, tantæque famæ, vt cùm in Consilio Lateranensi, sub Leone X°. ageretur de Emendatione Calendarii Ecclesiastici, Romam ad id ex vltimis Germaniæ finibus vocatus sit: quæ quidem emendatio tunc temporis imperfecta remansit, ob hoc tantùm, quòd eo tempore nondum exacta cognitio haberetur mensuræ ipsius Anni & Men-

considerato aggrauio, nõ solo di questa dottrina, e di chi la segue, ma di tutte le Matematiche, & de' Matematici insieme. Quindi venuti in maggior' confidenza, e vanamente sperando, che quel seme, che prima fondò radice nella mente loro non sincera possa diffonder' suoi rami, & alzargli verso il Cielo, vanno mormorando tra l popolo, Che per tale ella sarà in breue dichiarata dall'autorità suprema: e conoscendo, che tal' dichiaratione spianterebbe non sol' queste due cõclusioni, ma renderebbe dannãde, tutte l'altre osseruazioni Astronomiche e Naturali, che con esse hãno corrispõdenza e necessaria cõnessione, per ageuolarsi il negozio, cercano per quãto possono di far' apparir' questa opinione (al manco appresso all' vniuersale) come nuoua, e mia particolare, dissimulãdo di sapere, che Nicolò Copernico fù suo Autore, ò più presto Renouatore e Confermatore: huomo non solamente Cattolico, mà Sacerdote, Canonico, e tanto stimato, che trattandosi nel Concilio Lateranense, sotto Leon X°. della emendazion' del Calendario Ecclesiastico, egli fù chiamato a Roma, sin' dall'vltime parti di Germania, per questa riforma, la quale alhora rimase imperfetta, solo perchè non si haueua ancora esatta cognizion' della giusta misura dell' Anno, & del Mese

sis Lunaris; quam ob rem ab Episcopo Sempronien si, eius Congregationis Præside, illi mandatum fuit, vt iterato & assiduo studio lucubrationibusque, quàm accuratè posset, motus Cælestes perueſtigaret: quod ille mirabili suo ingenio, laboribusque verè Atlanticis, adeo perfecit, tantumque in his scientiis proiectus est, adeoque accuratam notitiam periodorum Cælestium motuum est consecutus, vt iure merito apud omnes, summi Astronomi nomen sit adeptus. Iuxta eius autem doctrinam, non tantùm emendatum est postea Calendarium, sed & compositæ sunt Tabulæ, omnium Motuum Planetarum; Doctrinâque hac in sex libros ab eo redactâ, Cardinalis Capuani, Episcopique Culmensis postulatu, publici iuris eam fecit, typisque imprimendam curauit. Cumque summi Pontificis iussu, hunc tantum laborem suscepisset, eius successori, Paulo nimirum Tertio, librum suum *De Reuolutionibus Cælestibus* dicauit; qui tunc typis editus, à S. Ecclesia receptus est, ab omnibusque passim attente & studiose lectus, nec vllus vspiam apud Christianos scrupulus de eius doctrina cuiquam iniectus est: Cuius certitudo cum nunc sese variis experimentis & necessariis demonstrationibus prodat; ecce erumpunt homines maligni, qui licet librum hunc nunquam viderint (tantum abest vt eum legerint & perceperint) in præmii vicem, pro eximio hoc labore, eius autori, hæretici notam inurere satagunt:

Lunare: onde à lui fù dato'l carico dal Vescouo Sempronienſe, allhora Soprainteden-te à queſta impreſa, di cercar' con replicati ſtudii e fatiche, di venir in maggior lume e certezza di eſſi mouimẽti Celeſti: Ond'egli, con fatiche veramente Atlantiche, e co'l ſuo mirabile ingegno, rimeſſoſi à tale ſtudio, ſi auanzò tanto in queſte ſcienze, & à tal eſattezza riduſſe la notizia de i periodi de i mouimenti celeſti, che ſi guadagnò il titolo di ſommo Aſtronomo, e conforme alla ſua dottrina, no ſolamente ſi è poi regolato il Calendario, ma ſi fabricorono le tauole di tutti i mouimenti de i Pianeti: & hauẽdo egli ridotta tal dottrina in ſei Libri, la publicò al mõdo à i preghi del Cardinal Capuano, e del Veſcouo Culmeſe: e come quello, che ſi era rimeſſo con tante fatiche, à queſta impreſa, d ordine del ſommo Pontefice; al ſuo ſucceſſore, cioè à Paolo 3°. dedicò il ſuo Libro, *Delle Reuoluzioni Celeſti*: il quale ſtãpato pure allhora, è ſtato riceuuto da S. ta Chieſa, letto, e ſtudiato per tutto il Mondo, ſenza che mai ſi ſia preſa pur' minima ombra di ſcrupolo nella ſua dottrina; laquale ora mẽtre ſi và ſcoprendo, quãto ella ſia ben fondata, ſopra manifeſte eſperienze, e neceſſarie dimoſtrazioni, non mancano perſone, che non hauẽdo pur' mai veduto tal Libro, procurano il premio delle tante fatiche al ſuo Autore, con la nota di farlo dichiarare Eretico:

id verò ob hoc tantùm, vt odio quo aduersus alium flagrant (nullâ tamen eius, illis ab eo antè causâ præbitâ) satisfaciant, quamuis ei cum Copernico (præter eius doctrinæ comprobationem) nihil quicquam intercedat.

Ob has ergo falsas notas, quibus me iniuriâ deturpare conantur (vt de candore meo apud vniuersos constet, quorum iudicium in iis, quæ ad Religionem & Famam spectant, maximi, vt par est, æstimo) visum est in examen reuocare ea quæ ad hanc doctrinam (non solùm vt falsam, sed etiam vt hæreticam) abigendam, & penitus abolendam, hi contradictores, simulatæ Religionis clypeo semper se munientes & Sacras Litteras, velut fallacium suarum propositionum ministras, ad id adhibentes, adducunt, earum autoritatem, contra tum earum, tum etiam S.tor. Patrum mentem, proferentes; imò (si dicere licet) iis in tantum abutentes, vt secundum eos, etiam in Conclusionibus Naturalibus, & quæ non sunt de Fide, nulla nec Sensus, nec Rationum demonstratiuarum habenda sit ratio, siquando locus aliquis S. Scripturæ occurrat, qui sensum primo intuitu etiam verbotenus, ab iis diuersum contineat. Quippe spero, maiorem & religiosiorem, eorum ficto, comprobatum iri sincerum meum Zelum, qui quidem Copernici librum, extra omnem censuram esse, nequaquam contendam, sed tantùm, eum inconsultò, & vix antè lectum, damnandum non esse, priusquè accurate legendum & perpendendum:

e questo solamente per sodisfare ad vn loro particolare sdegno cõcepito senza ragione contro di vn'altro, che non hà più interesse co'l Copernico, che l'approuar' la sua dottrina.

Ora per queste false note, che costoro tanto ingiustamẽte cercono di addossarmi, hò stimato necessario per mia giustificazione appresso l'uniuersale, (del cui giudizio, in materia di Religione e di Reputazione, deuo far' grandissima stima) discorrer circa à quei particolari, che costoro van producendo per detestare & abolir questa opinione, & in somma, per dichiararla, nõ pur falsa, ma Eretica; facendosi sempre scudo d'un simulato Zelo di Religione; voledo pure interessar le Scritture Sacre, e farle in certo modo ministre de' loro non sinceri proponimenti; co'l voler' di più, s'io non erro, contro all' intẽzion' di quelle, e de' S.ti Padri, estẽdere (per non dire, abusare) la loro autorità; sì che, anco in Conclusioni pure Naturali, e non *de Fide*, si deua lasciar' totalmente il senso, e le Ragioni dimostratiue, per qualche luogo di Scrittura, che tal'volta, sotto le apparenti parole, potrà cõtener' sentimento diuerso: doue spero di mostrare con quanto più pio e religioso Zelo, procedo io, che non fanno essi; mentre propongo, non che non si danni questo Libro, ma che non si danni, come vorrebbon' essi, senza intenderlo, ascoltarlo, nè pur' vederlo:

E mas-

hoc præsertim nomine, quòd auctor in eo nihil de rebus ad Religionem pertinentibus aut ad Fidem, tractet, nec etiam rationes vllas à Sacrarum Litterarum auctoritate pendentes, admisceat, sed semper conclusionibus naturalibus insistat, ad Motus Cælestes pertinentibus, adiunctis Astronomicis & Geometricis demonstrationibus, quæ sensuum experimentis & accuratissimis obseruationibus innituntur. Nec propterea dicendũ, ab illo aut ignoratos, aut neglectos fuisse Sacræ Scripturæ locos, cùm contrà, illos ideò prætermiserit, quòd probe intelligeret, doctrinam suam, accuratè & exactè à se demonstratam, non posse vllo modo contradicere Sacræ scripturæ, ritè, & secundum verum sensum intellectæ. Quapropter circa finem Epistolæ suæ dedicatoriæ, ad Summum Pontificem, ita loquitur;

E massime sendo Autor', che mai nõ tratta di cose attenenti a Religione, ò à Fide; nè con ragioni dependenti in modo alcuno da autorità de Scritture Sacre, doue egli possa malamente hauerle interpretate: Ma sempre se ne stà sù Cõclusioni Naturali, attenenti à i moti Celesti, trattate con Astronomiche e Geometriche dimostrazioni: Non che egli non hauesse posto cura à i luoghi delle Sacre Lettere, mà perche benissimo intendeua, che sendo tal sua dottrina dimostrata, non poteua contrariare alle Scritture, intese perfettamente; e però nel fin'della dedicatoria, parlando al Sommo Pontefice, dice così;

Si fortasse erunt Matæologi, qui cùm omnium Mathematum ignari sint, tamen de iis iudicium assumunt, propter aliquem locum Scripturæ malè ad suum propositum, detortum, ausi fuerint hoc meum institutum reprehendere ac insectari, illos nihil moror, adeò vt etiam illorum iudicium, tanquam temerarium contemnam. Non enim obscurum est, Lactantium, celebrem alioqui scriptorem, sed Mathematicum parum, admodum pueriliter de forma Terræ loqui, cùm deridet eos, qui Terram, Globi formam habere prodiderunt. Itaque non debet mirum videri studiosis, si qui tales, nos etiam ridebunt. Mathemata Mathematicis scribuntur, quibus & hi nostri labores, (si me non fallit opinio) videbuntur etiam Reipublicæ Ecclesiasticæ conducere aliquid, cuius Principatum Tua Sanctitas nunc tenet.

Et ex eorum quidem numero, quos ibi notat Copernicus, hos contradictores esse apparet, qui librum hunc, etiam non visum, damnandum & exturbandum esse censent; Idq; non solùm licitè,

E di questo genere, si scorge esser' questi, che s'ingegnano di persuadere, che tale Autor' si danni, senza pur' vederlo; e per persuadere, che ciò non solamente sia lecito,

ma

ſed & rit è fieri poſſe, tum ex Sacris Litteris, tum ex Theologorum ſcitis, & Conciliorum decretis perſuadere nituntur. Quæ quidem omnia, quemadmodum veneror, & ſupremæ auctoritatis eſſe agnoſco, audaciſſimæque temeritatis eſſe, illis contradicere, quoties ſecundum Sanctæ Eccleſiæ inſtitutum vſurpantur, libens aſſentior; ita cùm dubium eſt, num eorum auctoritas, ſincerè, vel fucatè, & ob rationes aliquas priuatas, præterque mentem S.tæ Eccleſiæ adhibeatur, illis qui eorum auctoritatem ſic promunt, reſpondere, erroneum eſſe non exiſtimo. Quocirca (quamuis ſinceritatem meam, ſatis per ſe fore manifeſtam, confidam) Primùm omnes eos errores, ad Religionem & Fidem pertinentes, in quos per inſcitiam in hoc meo ſcripto incurrere poſſem, promptè abdicare, & remouere, in animo me habere, ſubmiſsè proteſtor: Vlterius etiam declaro, me in his tractationibus, quantumuis problematicis, & diſputabilibus, nolle cum vllo litem ſerere, vnicumque mihi hunc finem propoſitum eſſe, vt ſi inter errores, in quos, in his conſiderationibus à mea profeſſione remotis, labi poſſem, aliquid tamen juxta S.tæ Eccleſiæ normam, & decreta, excitandis ſalutaribus monitis, vtile & appoſitum reperiatur, ad quid certi ſtatuendum de Copernicano Syſtemate, id, quanti Superioribus æſtimandum videbitur, recipiatur; ſin ſecus, laceretur, & flam̃is deuorandum tradatur hoc meum ſcriptum: nullam enim aliam ex eo meſ-

ma ben'fatto, vanno produc̃do alcune autorità della Scrittura e de i Sacri Teologi, e de' Cõcilii; lequali ſi come da me ſon' riverite, e tenute di ſuprema Autorità, ſi che ſomma temerità ſtimerei eſſer' quella di chi voleſſe cõtradirgli, mẽtre vengono conforme all'inſtituto di S.ta Chieſa adoperate; coſi credo, che non ſia errore, il parlar', mentre ſi può dubitare, che alcun' voglia per qualche ſuo intereſſe, produrle, e ſeruirſene diuerſamente da quelle, che è nella ſantiſſima intenzion' di S.ta Chieſa. Però proteſtandomi (& anco che la ſincerità mia ſi farà per ſe ſteſſa manifeſta) che io intendo non ſolamente di ſottopormi a rimuouer' liberamente quegli errori, ne' quali per mia ignoranza poteſſi in queſta ſcrittura incorrere, in materie attenẽti à Religione; mi dichiaro ancora, nõ voler, nelle iſteſſe materie ingaggiar lite con neſſuno, ancor' che fuſſero punti diſputabili: Perche il mio fine non tende ad altro, ſe nõ che ſe in queſte conſiderazioni, remote dalla mia profeſſiõe propria, trà gli errori che ci poteſſero eſſer' dentro, ci è qualche coſa, atta ad eccitar' altri a qualche auuertimẽto vtile per S.ta Chieſa, circa il determinar' ſopra il Siſtema Copernicano, ella ſia preſa e fattone quel capitale, che parrà à i Superiori: ſe nò, ſia pure ſtracciata, & abbruciata la mia Scrittura; poi che io non intendo, ò pretendo di

sem legere mihi propositum, nisi Catholicam & Piam. Et quamuis plerorumque à me in eo annotatorum, sim solùm relator, eaque propriis auribus, ab aliis dicta audiuerim, liberè tamen cuicunque qui ea protulerit, (si ita ei libuerit) concedam, dicta ab eo non esse, meque in iis referendis hallucinatum, ideoque meas responsiones, non ad eorum dicta, sed ad illos, qui eius sunt sententiæ, quæ à me arguitur, censendas esse.

Fundamentum ergo ab iis positum, ad hanc opinionem de Mobilitate Terræ & Stabilitate Solis improbandam, hoc est, quòd cum in S. Litteris, multis locis dicatur, Solem moueri, Terram autem immotam stare; illæque nec erroris neque mendacii argui possint, hinc sequatur necessariò, erroneam & improbam eam esse sententiam, quę Solem stare, Terram autem, moueri asserat.

Et in huius quidem rationis examine videtur mihi primò considerandum, simul & sanctissimè dici, & prudentissimè statui, Nunquam Sacram Scripturam à vero posse defcisscere, dummodo eius verus & germanus sensus à nobis attingatur: quem nemo inficias ierit, sæpenumero esse reconditum, & à verbali elocutione remotum. Quare, siquis eam semper verbotenus intelligendam esse censeret, proculdubio non solùm in errorem incurreret, sed & Sacro Textui, contradictiones pleraſque, propositionesque à vero remotas, imò etiam hæreses, & blasphemias adscriberet: Neces-

guadagnarmi frutto alcuno, che non fusse pio e Catholico. E di più, ben che molte delle cose, ch'io noto, le habbia sentite con i proprii orecchi; liberamente ammetto, e concedo à chi l'hà dette, che dette non l'habbia, se così gli piace; confessando poter' essere ch' io habbia franteso: e però, quãto rispondo, non sia detto per loro, ma per chi haueſſe quelle opinione.

Il motiuo dunque che loro producono, per condennar' l'opinione della Mobilità della Terra, e Stabilità del Sole, e, che leggẽdosi nelle Sacre Lettere, in molti luoghi; che il Solẽ si muoue, e che la Terra stà ferma, ne potẽdo la Scrittura mai mẽtire ò errare, ne seguita per necessaria cõsequenza, che erronea e dannanda sia la sentenza di chi volesse asserire, il Sole esser' per se stesso immobile, e mobile la Terra.

Sopra questa ragione parmi primieramente da cõsiderare, essere e santissimamente detto, e prudentissimamente stabilito, Non poter mai la Scrittura Sacra mentire, tuttauolta che si sia penetrato il suo vero sentimẽto, il quale non credo che si possa negare esser' molte volte recondito, e molto diuerso da quello, che suona il puro significato delle parole. Dal che ne seguita, che qualunque volta alcuno nell' esporla volesse fermarsi sempre nel nudo suono grammaticale, potrebbe, errando esso, far' apparir' nelle Scritture non solo contradizzioni, e propositioni remote dal vero, ma graui eresie, e bestemmie ancora: poi che

sarium quippe foret, Deo pedes, manus, & oculos tribuere, nec non corporeos & humanos affectus, iræ, pœnitudinis, odii, obliuionis etiam rerum præteritarum, & ignorantiæ futurarum. Quæ propositiones, quemadmodum (sic dictante Spiritu Sancto) in hunc modum à Sacris scriptoribus sunt prolatæ, pro captu scilicet rudis & ignari vulgi, cui sese accommodant: ita etiam necessum est, peritos & industrios expositores, veros sensus adducere, & cur his similibusque verbis sint expressæ, rationes exponere. Quæ doctrina adeo vulgaris est apud omnes Theologos, vt nonnisi superfluum esse possit, eius attestationem vllam exquirere.

che sarebbe necessario dare a Iddio, e piedi, e mani, e occhi; e non meno affetti corporali e humani, come d'ira, di pentimento d'odio, & anco tal volta, la dimenticanza delle cose passate e l'ignoranza delle future: le quali proposizioni, si come dettante così lo Spirito Santo, furono in tal'guisa proferite da gli Scrittori Sacri, per accomodarsi alla capacità del vulgo, assai rozzo & indisciplinato; così, per quelli che meritão d'esser separati dalla plebe, è necessario, che i saggi espositori ne produchino i veri sensi, e n'additino le ragioni particolari, perche e'siano sotto cotali parole proferiti. Et è questa dottrina, così trita e specificata appresso tutti i Teologi, che superfluo sarebbe, il produrre attestazion' alcuna.

Hinc videtur, non absre, iure deduci posse eandem Sacram Scripturam, quotiescunque de aliqua naturali conclusione verba fecit, maxime vero de reconditis & comprehensu difficilibus rebus, hanc eandem rationem obseruasse, ne vulgaribus mentibus, additâ per obscuritatem confusione, postmodum in percipiendis altioris mysterii dogmatis contumaciores redderentur. Quoniam (vt dictum est, & manifeste apparet) cùm hoc solo respectu, (sese scilicet populari captui accommodandi) haud dubitarit S. Scriptura, propositiones quàm maxime insignes & præcipuas adumbrare, ipsi etiam Deo qualitates remotissimas tribuendo, quinimo etiam contrarias ipsius essentiæ; quis audeat asserere,

Di qui mi par di poter' assai ragioneuolmẽte dedurre, che la medesima Sacra Scrittura, qualunque volta gli è occorso di pronunciar alcuna conclusion' naturale, e massime delle più recondite e difficili a esser' capite, ella nón habbia pretermesso questo medesimo auuiso, per non aggiunger' confusione nelle mentì di quel medesimo popolo, e renderlo più contumace contro a i dogmi di più alto misterio. Perche, (si come si è detto, e chiaramẽte si scorge) per il solo rispetto d'accomodarsi alla capacità popolare, non si è la Scrittura astenuta di adombrare principalissimi pronunziati, attribuẽdo sin all'istesso Dio, cõditioni lontanissime, e contrarie alla sua essenza Chi vorrà asseuerantemente sostenere, che l'istessa

Sacram Scripturam, posthabito illo respectu, cum ei etiam incidenter de Terra, Aqua, Sole, vel quauis alia Creatura, sermonem instituere occurrit, strictæ verborum significationi sese alligare voluisse? Idque maximè cum de iis Creaturis res profert, nequaquam ad primarium Sacrarum Litterarum institutum facientes, (cultum inquam diuinum, & salutem animarum) eas tamen ab apprehensione vulgi remotissimas?

Scrittura, posto da banda cotal' rispetto, nel parlar anco incidentemente di Terra, d' Acqua, di Sole, ò d'altra Creatura, habbia eletto, di contenersi con tutto rigore, dentro a i puri & ristretti significati delle parole? E massime nel pronunziare di esse Creature, cose non punto cõcernenti al primario instituto delle medesime Sacre Lettere, cioè al Culto diuino, & alla Salute delle anime, e cose, grandemente rimote dall' appreension' del vulgo.

Proinde in disputationibus Problematum Naturalium haud sumendum initium videtur à locorum Sacræ Scripturæ auctoritate, sed ab experientiis sensatis, & à demonstrationibus necessariis. Quoniam, cum ab eodem Verbo Divino pariter procedat Sacra Scriptura, & ipsa Natura: illa quidem, vt à Spiritu Sancto inspirata; hæc verò vt Iussorum divinorum executrix obseruantissima: cumque oportuerit, ratione captus popularis, multa dicere, primo intuitu, & quod ad nudam verborum significationem, ab ipsa veritate, diversa: Contra verò, cum ipsa Natura esse suum immutabiliter seruet, nec limites sibi à Deo præscriptos egrediatur, (nulla quippe illi est cura, reconditas suas rationes, & occultos operandi modos, hominum captui patere) hinc consequi videtur, istos naturales effectus, quos vel sensata experientia nobis ob oculos ponit, aut necessariæ demonstrationes euincunt, nullo modo in dubium revocari posse; tan-

Stante dunque ciò, mi par' che nelle dispute de' Problemi Naturali, non si dourebbe cominciare dall' autorità di luoghi delle Scritture, ma dalle sensate esperienze, e dalle dimostrazioni necessarie: Perche, procedendo di pari dal Verbo Diuino; la Scrittura Sacra, e la Natura: quella, come dettatura dello Spirito Santo; e questa, come osseruãtissima essecutrice de gli ordini di Dio; Et essendo di più conuenuto nelle Scritture, (per accomodarsi all' intendimento dell' vniuersale) dir' molte cose, diuerse in aspetto, & quanto al nudo significato delle parole, dal vero assoluto; Ma all' incontro, Essendo la Natura inessorabile & immutabile, e mai non trascendente i termini delle legi impostegli, come quella, che nulla cura, che le sue recondite ragioni e modi d' operare, sieno, ò non sieno esposti alla capacità de gl' huomini; pare, che quello de

gli effetti naturali, che ò la sensata esperienza ci pone innãzi à gl'occhi, ò le necessarie dimostrazioni ci concludono, non debba in conto alcuno

tum abeſt, vt debeant improbari propter locos Sacræ Scripturæ, in fronte diuerſum ab iis ſenſum habentes. Siquidem non omne Sacræ Scripturę effatum, adeo arctis vinculis ſtringitur, quemadmodum indiſtinctè omnes Naturæ effectus, immutabiliter ſuis Cauſis adhæreſcunt: Nec tamen minus excellenter, Dei mirabilia in Effectibus Naturalibus, quàm in Sacris Scripturæ Oraculis pateſcunt. Quod ipſum ſignificare voluit Tertullianus, his verbis.

cuno eſſer' reuocato in dubbio, non che condennato; per luoghi della Scrittura, che haueſſero nelle parole, diuerſo ſembiante: Poi che non ogni detto della Scrittura e legato a' oblighi così ſeueri, come ogni effetto di Natura. Ne meno eccellẽtemẽte ci ſi ſcuopre Iddio ne gl'effetti Naturali, che ne' Sacri detti delle Scritture, Il che volſe perauuentura intender' Tertulliano in quelle parole.

Nos definimus, Deum, primò Naturâ cognoſcendum; deinde, Doctrinâ recognoſcendum: Naturâ, ex operibus: Doctrinâ, ex prædicationibus. *Tertull. aduerſus Marcionem lib. 1. cap. 18.*

Non ideo tamen inferendum dico, ſummam rationem haberi non debere locorum Sacrę Scripturę; verùm ſi quam notitiam quarumuis Naturalium Concluſionum certam & accuratam adepti ſimus, eam eſſe à nobis adhibendam, velut accommodatiſſimum medium ad veram expoſitionem Sacrarum Scripturarum, & ad inueſtigationem genuinorum ſenſuum, qui neceſſariò in iis continentur, tanquam veriſſimorum, & cum demonſtrata veritate concordantium.

Ma non per queſto voglio inferire, non deuerſi hauer' ſomma conſiderazione de i luoghi delle Scritture Sacre, anzi, venuti in certezza di alcune concluſioni naturali, douiamo ſeruircene per mezzi accomodatiſſimi alla vera eſpoſizione di eſſe Scritture, & all' inueſtigazion' di quei ſenſi, che in loro neceſſariamente ſi cõtengono, come veriſſimi e concordi con le verità dimoſtrate.

Hanc ob rem cenſerem, auctoritatem Sacrarum Litterarum in id præcipue collimare, vt hominibus perſuadeat illas Propoſitiones, & illos Articulos, qui omnem humanum diſcurſum ſupergreſſi, nullâ ſcientiâ, nec vllo alio quouis medio, fidem apud nos nanciſci poſſunt, niſi quatenus nobis à Spiritu Sancto ſunt reuelati.

Stimerei per queſto, che l' autorità delle Sacre Lettere haueſſe hauuto la mira, à perſuadere principalmente a gli huomini quegli articoli e propoſizioni, che ſuperando ogni human' diſcorſo, nõ poteuano per altra ſcienza, ne per altro mezzo far ciſi credibili, che per la bocca dell' iſteſſo Spirito Santo.

gè aliter se habet. Quippe ad id consequendum non solum Copernici, sed & aliorum scripta, eius opinioni subscribentium inhibenda essent: imo & vniuersim tota Astronomia, ipsæque etiam Cæleſtes speculationes prohibendæ, ne per eas, Veneris & Martis (modò Terræ propinquissimorum, modò ab ea remotissimorum, idque adeò differentibus modis, vt hæc in superficie quadragies, ille sexagies maior vnâ vice, quàm alia nobis appareat) reuolutiones videantur: ne etiam eadem Venus, quæ modò Rotunda, modò Corniculata, acutissimis apicibus sese exhibens, nobis conspicua fiat, multæque aliæ sensatæ obseruationes, quæ nullomodo Ptolemaico Systemati aptari possunt: at firmissima argumenta ministrant pro Systemate Copernicano.

Copernici autem libros damnare, postquam multis nouis obseruationibus, & multorum Litteratorum examine, eius doctrina sese in dies magis ac magis veram esse comprobauit, eiusque libris per tot iam annos admissis, etiam dum huius sententiæ pauciores adhuc essent assertores (eò quòd obseruationibus, quæ postea sunt subsecutæ, firmata nondum esset hæc doctrina) quid aliud, quæso, hoc esset, nisi proferenti se Veritati ianuam occludere, & quò magis, suis radiis, aduenienſ micat, (ausu improbo iuxta & temerario) ei tenebras offundere?

At si non Liberis damnetur, sed tan-

farsi ma il negozio camina altramente: Perche per eseguire vna tal determinazione, sarebbe necessario, proibir' non solo il libro del Copernico, e hi scritti de gli altri Autori, che seguono l'istessa Dottrina, ma interdire tutta la Scièza d' Astronomia interra; e più, vietare a gl' huomini, il guardar' verso il Cielo, acciò nõ vedessero Marte e Venere, hor' vicinissimi alla Terra, hor' remotissimi, con tanta differèza, che questa si scorgesse in superficie, quaranta volte; e quella, sessanta, maggior' vna volta, che l'altra; & accio, Che la medesima Venere, non si scorgesse hor' rotonda, & hor' falcata, con sottilissime corna; e molte altre sensate osseruazioni, che in modo alcuno nõ si possono adattare al Sistema Tolemaico; ma son' saldissimi argomenti del Copernicano.

Ma il proibir' il Copernico, hora che per molte nuoue osseruazioni, & per l'applicazion di molti letterati alla sua lettura, si và di giorno in giorno scoprendo, più vere le sue posizioni, e vera la sua dottrina, hauendolo ammesso per tanti anni, mentre egli era men' seguito, e confermato; parrebbe a mio giudizio vn' contrauenire alla verità, e cercar' tanto più d'occultarla, e supprimerla, quanto più ella si dimostra palese, e chiara.

Il non abolire interamente tutto

tùm hæc *de Terræ Mobilitate* opinio erronea esse pronuncietur. Ne hoc quidem modo, profligabitur hæc doctrina; Quinimò hinc hominibus (qui semper in vetita proni sunt) grauiter peccandi periculum emerget præsentissimum, ex inde illis præbita occasione auidè videndi probationes eius doctrinæ, cui tamen (propter latam de ea sententiam) nonnisi cum peccato fides ab iis haberi possit.

tutto il libro, ma solamente dannar' per erronea, questa particolar opinione, sarebbe, s' io nõ m'inganno, detrimento maggiore per le anime, la sciandoli occasione, di veder' prouata vna Posizione, la qual fusse poi peccato, il crederla.

Supereſt tandem, vt tota Scientia Astronomica relegetur, & velut noxia, ab ea, homines interdicantur. At huiusmodi decreto reclamat Sacra Scriptura, docens, Summi Dei Gloriam & Magnitudinem in suis Creaturis manifestari, & Diuino modo legi in Libro Cælesti. Nec sit qui credat, altissimorum conceptuum, qui in foliis illis excelsis (ita immensum Cæli expansum nominare mihi liceat) scripti sunt, lectionem, in Radiantis Solis & Stellarum nudo aspectu, eorumque Ortu, & Occasu (quibus velut cancellis, brutorum & vulgi de his notitia circumscripta est) sese prodere: Cùm in iis tanta, & tam sublimia mysteria abdita sint, vt speculationes & studia innumerorum hominum, qui iis, multis ab hinc millenis Annis, operam nauârunt, eorum vix minimam partem hactenus perlustrarint. Sciantque Imperiti, Quemadmodum ea, quæ de Homine, ex aspectu externo Corporis Humani, mente concipere possunt, perexigua sunt, si cum admiranda structura inter-

Il proibir' tutta la Scienza, che altro sarebbe, che vn' reprouar' cento luoghi delle Sacre Lettere, i quali c'insegnano, Come la Gloria, e la Grandezza del sommo dio mirabilmente si scorge in tutte le sue fatture, e diuinamente si legge nell' aperto libro del Cielo? Ne sia chi creda, che la lettura de gli altissimi concetti, che sono scritti in quelle carte, finisca nel solo veder' lo splendor' del Sole, e delle Stelle, e'l lor' nascere, & asconderſi (che è il termine sin' doue penetrano gl' occhi de' bruti, e del vulgo) ma vi son' dentro, misterii tanto profondi, e concetti tanto sublimi, che le vigilie, le fatiche, e li studii di cento e cẽto acutissimi ingegni non gli hanno ancora interamente penetrati, con l'inuestigazioni continuate per migliaia d'anni. E credin' pure gl' idioti, che si come quello, che gli occhi loro comprendono, nel riguardar' l' aspetto esterno d'un' corpo humano, è piccolissima cosa in comparazione degli ammirandi artificii, che in esso ritroua vn' esquisito e diligente

na comparentur, quam peritus Anatomicus, & subtilis Philosophus, (dum tot musculorum, tendinum, neruorum, & ossium vsum inuestigat; dum Cordis, & aliorum principalium membrorum munera, Vitalisque facultatis sedem explicat; dum etiam mirabiles structuras instrumentorum, ipsorum sensuum obseruat; dum denique stupendos Imaginationis, Memoriæ & ipsius Rationis recessus contemplatur) accurate peruestigat, & retegit: Sic etiam, quæ de his Cælestibus Corporibus, oculis cernuntur, instar nihili sunt æstimanda, si cum iis Mirabilibus comparentur, quæ longis & accuratis obseruationibus, ab Astronomis in Cælo sunt reperta.

Ad id porro, quod subiiciunt alii, Propositiones illas de Rebus Naturalibus, de quibus Sacra Scriptura semper eodem modo loquitur, & quæ concorditer à Sanctis Patribus eodem sensu receptæ sunt, iuxta nudam verborum significationem, sine vlla interpretatione aut glossemate esse intelligendas, proque veris esse habendas; & cum de harum numero sit Mobilitas Solis, & Stabilitas Terræ, consequenter esse de fide, illam pro vera, & contrariam pro erronea habere. Ad hanc inquam obiectionem diluendam aduertendum est, Propositionum de Rebus Naturalibus alias esse, quarum per Humanum Discursum, & scientiam, probabilis potius opinio, aut verisimilis coniectura acquiritur, quàm

diligente Anatomista e Filosofo mentre và inuestigando l'uso di tanti muscoli, tendini, nerui, & ossi; esaminando gl' officii del Cuore, & de gli altri membri principali, ricercando le sedi delle facultà vitali, isecando & osseruando le marauiglioſe strutture de gli strumenti de' Sensi, e senza finir' mai di stupirsi e di appagarsi, contemplando i ricetti dell' Imaginaziõe, della Memoria, e del Discorso; Così, quello, che al puro senso della Vista rappresenta, è come nulla in proporzion' dell' alte merauiglie, che mercè delle lunghe & accurate osseruazioni, l' ingegno de gl' intelligenti scorge nel Cielo. E questo è quãto mi accorre considerare circa questo particolare.

Quãto poi a quelli, che soggiungono, Che quelle proposizioni Naturali, delle quali la Scrittura pronunzia sempre l' istesso, e che i Padri tutti concordemente nell' istesso senso riceuono, debbano esser intese cõforme al nudo significato delle parole senza gloſe o interpretazioni; e riceuute e tenute per verissime; e che in cõseguẽza per esser' tale La Mobilità del Sole, e la Stabilità della Terra, sia *de Fide*, il tenerle per vere, & erronea l' opinion' contraria: Mi occorre di considerar' prima, Che delle proposizioni Naturali, alcune sono, delle quali con ogni humana Scienza e discorso, solo se ne può cõseguire più presto qualche probabile opinione, e

verisi-

certa, & rationibus neceſſariis demonſtrata ſcientia: ut exempli gratia, An ſtellæ ſint animatæ: alias verò, de quibus aut reipſa habetur, aut à nobis haberi poſſe certò credi poteſt certam & indubitatam cognitionem, per varia experimenta, per longas & ſæpius iteratas obſeruationes, & per neceſſarias demonſtrationes: cujuſmodi hæ ſunt, An Terra, vel Cælum, moveatur; An Cælum ſit ſphæricum necne. De illis (cùm eas Humanus Intellectus pertingere nō poſſit, & conſequenter, de iis nulla haberi poſſit ſcientia; ſed tantummodo opinio & Fides) non dubitarim dicere, nobis ſimpliciter nudo Sacrarum Litterarum ſenſui verbotenus explicato, ſtandum. De his autem, crediderim, (ut ſupra dictum eſt) de reipſa prius nobis conſtare debere, quæ comperta, nobis ad verum Sacræ Scripturæ ſenſum inveniendum, poſtmodum viam ſternat, qui quidem ſemper abſolute cum re demonſtrata concordabit: ſiquidem duo vera nunquam ſibi invicem contraria eſſe poſſunt. Hæcque doctrina adeo recta & indubia mihi videtur, ut eam ipſam, ad verbum à Divo Auguſtino traditam eſſe reperiam, De figura Cæli, qualis-nam ea ſit, ſermonē habente: cùm quæ de ea dicunt Aſtronomi, contraria eſſe videantur iis, quæ de ea in Sacris Litteris referantur: illis Rotundam; his velut Pellem expanſam eam eſſe dicentibus: Statuitq; non advertendum, an Scriptura Aſtronomis contradicat, ſed ejus auctoritati credenverisimile coniettura, che vna ſicura e dimoſtrata ſcienza; come per eſempio, ſe le ſtelle ſieno animate: Altre ſono, delle quali ò ſi hà, ò ſi può creder fermamēte, che hauer ſi poſſa cō eſperienze, e cō lunghe oſſeruazioni, e cō neceſſarie dimoſtrazioni, indubitata certezza; quale è, ſe la Terra e il Cielo ſi muouino, ò nò; ſe'l Cielo ſia sferico, ò nò. Quanto alle prime, io non dubito punto, che doue gli humanī diſcorſi nō poſſono arriuare, e che di eſſe per conſeguenza non ſi può hauer ſcienza, ma ſolamēte opinione e fede, pienamente cōuenga conformarſi, & aſſolutamente, col puro ſenſo verbale della Scrittura: Ma quanto alle altre, io crederei (come di ſopra ſi è detto) Che prima fuſſe da accertarſi del fatto, il quale ci ſcorgerebbe al ritrouamento dei veri ſenſi delle Scritture: li quali aſſolutamente ſi troue-rebbon'concordi col fatto dimoſtrato, poi che due veri nō poſſono mai contrariarſi. E queſta mi par' dottrina tanto retta e ſicura, quanto io la trouo ſcritta puntualmente in S. Agoſtino, il quale parlando a punto della figura del Cielo, e quale ella ſi deua credere eſſer', poi che pare, che quel'che ne affermano gl'Aſtronomi, ſia contrario alla Scrittura, (ſtimandola quelli rotonda; e chiamandola, la Scrittura come vna Pelle) determina, che niente ſi hà da curar' che la

Scrittura contrarii a gl'Aſtronomi; ma credere alla ſua autorità, ſe quello che

dum, si id quod ipsi dicũt, falsum fuerit, & humanæ infirmitatis solis conjecturis nitatur: Sed si ea quæ asserunt, certis & indubitatis rationibus demonstrata sint, non suadet divus Pater, jubendos Astronomos, abdicatis demonstrationibus, falsas pronunciare suas conclusiones, quas demonstrationibus necessariis stabiliverunt; verùm ea, quæ in Sacris Litteris, de Pelle dicuntur, veris illis demonstrationibus nõ contradicere, ostendendum esse; hæcque sunt ejus verba.

loro dicono, sarà falso, è fondato solamente sopra conietture dell' infermità humana: ma se quello che loro affermano, fusse prouato con ragioni indubitabili, non dice questo S.to Padre che si comãdi a gli Astronomi, che loro medesimi, soluendo le loro dimonstrazioni, dichiarino la loro Conclusione per falsa, ma dice, che si deue mostrare, Che quello, che è detto nella Scrittura della Pelle, non è contrario a quelle vere dimostrazioni. Ecco le sue parole.

In Gen. ad litteram Cap. 9.

Sed ait aliquis, quomodo non est contrarium iis, qui figuram sphæræ, Cælo tribuunt, quod scriptum est in libris nostris, Qui extendit Cælum, sicut pellem? Sit sanè contrarium, si falsum est, quod illi dicunt: hoc enim verum est, quod divina dicit autoritas, potius quam illud, quod humana infirmitas conjicit. Sed si forte illud talibus illi documentis probare potuerint, ut dubitari inde non debeat; demonstrandum est, hoc quod apud nos est de pelle dictum, veris illis rationibus non esse contrarium.

Et in iis quæ sequuntur, nos admonet, minori nobis curæ esse non debere, Locum Sacræ Scripturæ cum Propositione Naturali demonstratâ, quàm diversos ejusdem Scripturæ Locos sibi in speciem contrarios, inter se conciliandi.

Segue poi di ammonirci, che noi non deuiamo esser' meno osseruanti in concordare vn luogo della Scrittura con una Proposizione Naturale dimostrata, che con vn' altro luogo della Scrittura, che suonasse il contrario.

Quin imò mihi admiratione & imitatione dignissima videtur Sanctissimi hujus Patris circumspecta Prudẽtia, qui etiã in obscuris Conclusionibus, de quibus certo cõstat, Scientiam per demonstrationẽ haberi nõ posse non nisi admodũ caute statuit, quid de iis credendũ sit, ut apparet ex iis, quæ in fine secũdi libri de Genesi ad litterã scribit, in quæstione, An credendum sit, Stellas esse animatas.

Anzi mi par' degna d'esser' ammirata & imitata la circospezzione di questo Santo, il quale anco nelle Conclusioni oscure, e delle quali si può esser' sicuri, che non se ne possã hauer' Scienza per dimostrazioni humane, và molto riseruato, nel determinar' quello che si deua credere, come si vede da quello ch'egli scriue nel fine del secondo libro de Genesi ad Literam, parlando, se le Stelle siano da crederſi animate.

Di qui,

Quod licet in præsenti facile non possit comprehendi; arbitror tamen, in processu tractandarum Scripturarum, opportuniora loca posse occurrere, ubi nobis de hac re, secundum Sanctæ auctoritatis litteras, etsi non ostendere certum aliquid, tamen credere licebit. Nunc autem, servatâ semper moderatione piæ gravitatis, nihil credere de re obscura temere debemus; ne fortè, quod postea veritas patefecerit, quamvis Libris Sanctis sive Testamenti Veteris, sive Novi, nullo modo esse possit adversum, tamen propter amorem nostri erroris, oderimus.

Ex hoc, & aliis locis, ni fallor, colligi potest, SStor. Patrum eam esse mentem, ut in Quæstionibus Naturalibus, & quæ non sunt de Fide, primùm perpendatur, An demonstrationibus necessariis, & sensatis Experimentis sint comprobatæ; aut, Possit-ne earum cognitio his modis acquiri; Ad quam si (Deo nobis in hoc favente) pertingamus, tunc illa cognitio, Verorum Sacrarum Scripturarum sensuum investigationi à nobis applicetur, in iis scilicet Locis, qui primo intuitu contrarium quid, aut ab illis diversum innuere videbãtur: quos tunc haud dubie, simulque cum iis, rationes, propter quas Spiritus Sanctus sub verbis diversæ significationis, eos velare voluerit, Sapientes Theologi assequentur.

Quod ad aliud Caput attinet, (si, ut fieri debet, primarii Sacrarum Litterarum scopi ratio à nobis habeatur) Non ob id, quod Sacræ Litteræ semper eodem sensu de aliqua propositione sint locutæ, crediderim, prædictam regulam esse turbandam. Quia, si semel ad vulgi

Di quì, e da altri luoghi, par mi, (s'io non m'inganno) l'intenzion' de' S.ti Padri essere, che nelle quistioni Naturali, e che non sono *de Fide*, prima si deua considerare, se elle sono indubitabilmente dimostrate, ò con esperienze sensate conosciute: ò vero se vna tal cognizione e dimostrazione hauer' si possa, laquale ottenendosi, & essendo ella ancora dono di Dio, si deue applicare all' inuestigazione de' veri sẽsi delle Sacre Lettere, in quei luoghi che in apparenza mostrassero di suonar' diuersamente; quali indubitatamẽte saranno penetrati da' Sapienti Teologi, insieme con le cagioni, per che lo Spirito S.to gli habbia volsuti tal' volta, per nostro esercizio, ò per altra a me recondita ragione, velare sotto parole di significato diverso.

Quanto all' altro punto, Riguardãdo noi al primario scopo di esse Sacre Lettere, nõ crederei, che l'hauer' esse parlato sempre nell' istesso senso, hauesse a perturbar' questa regola: perche se occorrendo alla Scrittura, per accommodarsi alla capacità del vulgo, pro-

captum sese demittentes, verbis à Rei essentia diversum quid aut cõtrarium significantibus, Propositionem quãmpiam Naturalem effatæ sint, Cur, quæso, quoties de eadem re illis erit sermo, illis non erit eadem ratio & idem respectus? Quin imo si aliter esset, confusionem induceret, & fidem, quæ Sacris earum Effatis haberi debet, non parum minueret & convelleret apud vulgus.

Ceterum, De stabilitate aut Motu Solis & Terræ, necesse fuisse, popularis captus ratione habitâ, id asserere, quod Sacræ Scripturæ verba designant, ipsa Experientia id nobis manifeste comprobat. Siquidem hac nostra ætate plerique etiam non adeò rudes, huic sententiæ accedunt, moti rationibus (si bene ponderentur) penitus frivolis, & experimentis aut falsis, aut ad rem nihil facientibus: A qua tamen opinione illos removendi, vanus fiat omnis conatus, cùm contrariarum rationum, ab accuratis observationibus, & subtilibus demonstrationibus pendentium, in mentisque abstractione, & forti imaginatione fundatarum, eoque nomine conceptu difficillimarum, penitus sint incapaces. Quocirca, quantumvis apud sapientes, extra omnem controversiam, pro vera certaque, recepta esset Cœli Stabilitas, Mobilitasq; Terræ: ut tamen apud vulgus, illibata servetur ejus Sacræ Scripturæ existimatio & auctoritas, verbis contrarium esset dicendum: cùm ex millenis vulgaribus hominibus, de hac re interrogatis, vix ne unum quidem re

nonziare vna volta vna proposizione con parole di sentimento diverso dall' essenza di essa proposizione, perche non dourà ella hauer' osseruato l'istesso, e per l'istesso rispetto, quãte volte gli occorreua dire la medesima cosa? Anzi mi pare, ch' il fare altramente, haurebbe cresciuta la confusione, e scemata la credulità del Popolo.

Che poi della Quiete ò Moimento del Sole e della Terra, fusse necessario per accomodarsi alla capacità popolare, asserirne quello che suonã' le parole della Scrittura, l'esperienza ce lo mostra chiaro: Poi che anco all' età nostra popolo assai men' rozzo vien' mantenuto nell' istessa opinione, da ragioni che ben' ponderate & essaminate si troueränо esser' friuolissime; & esperienze ò in tutto false, ò totalmente fuori del caso: nè si può pur' tentar' di rimuouerlo, non sendo capace delle ragioni cõtrarie, dependenti dà troppo squisite osseruazioni, e sottili dimostrazioni, appoggiate sopra astrazzioni, che ad esser' concepite, richieggono troppo gagliarda imaginatiua. Per lo che, quando bene appresso i Sapienti fusse più che certa e dimostrata l'Stabilità del Cielo e'l Moto della Terra, bisognerebbe ad ogni modo, per mantenersi il credito appresso il numerosissimo volgo, proferir' il contrario: Poi che de' mille huomini volgari, che venghino interrogati sopra

questi

perias, qui Solem moveri, Terram autem ſtare ſibi videri, & ita revera eſſe ſe credere non reſpondeat. Nec tamen communem hunc popularem aſſenſum quis in argumentum Veritatis trahat: Quia, ſi eos homines, de Rationibus hujus ſuæ perſuaſionis ſciſcitemur, ſimulque & alios paucos, qui contrarium aſſerunt, de eorum Experimentis & demonſtrationibus; hos quidem validiſſimis rationibus inductos, illos verò nudis phænomenis, vanisque & ridiculis occurſibus allectos reperiemus.

Neceſſarium ergo fuiſſe, Soli motum tribuere, & Terræ quietem, ne exilis vulgi captus confunderetur, & exinde contumacem ſe præberet in fide præſtanda præcipuis Religionis articulis qui ſunt de Fide, ex ſupradictis fit manifeſtum. Et ſiquidem ita fieri neceſſe fuit, mirum non eſt, his veſtigiis ſumma cum Prudentia Sacram Scripturam inſtitiſſe.

Sed & ulterius dicam, non ſolum ratione incapacitatis vulgi, ſed etiam propter communiter illis temporibus receptam opinionem, Sacros Scriptores in rebus ad Beatitudinem nihil facientibus, magis ad uſum receptum, quàm ad veram rerum eſſentiam accеſſiſſe. Qua de re loquens D. Hieronymus ſcribit:

Quaſi non multa in Scripturis Sanctis dicantur juxta opinionem illius

queſti particolari, forſe non ſe nè troverà vn' ſolo, che non riſponda, parergli, e coſi creder' per certo, che'l Sole ſi muoua, e che la Terra ſtia ferma. Mà nõ però deue alcun' prendere queſto cõmuniſſimo aſſenſo popolare, per argumẽto della verità di quel che vien' aſſerito: Perche ſe noi interrogheremmo gli ſteſſi huomini delle cauſe e motiui, per i quali ei credono in quella maniera; & all incõtro aſcolteremo, quali eſperiẽze e dimoſtrazioni induchino quegli altri pochi a creder' il cõtrario, troueremo queſti eſſer' perſuaſi da ſaldiſſime ragioni, e quelli da ſempliciſſime apparenze, e rincontri vani e ridicoli.

Che dunque foſſe neceſſario attribuir' al Sole il Moto, e la Quiete alla Terra; per non cõfonder' la poca capacità del vulgo, e renderlo renitente e contumace nel preſtar' fede a gli articoli principali, e che ſono aſſolutamente *de Fide*, è aſſai manifeſto. E ſe coſi era neceſſario a farſi, non è punto da marauigliarſi, che coſi ſia ſtato cõ ſomma prudẽza eſeguito nelle diuine Scritture.

Ma più dirò, Che non ſolamente il riſpetto dell' incapacità del vulgo, ma la corrente opinion' di quei tempi fece, che gli Scrittori Sacri, nelle coſe non neceſſarie alla Beatitudine, più ſi accommodorono all' uſo riceuuto, che all' Eſſenza del fatto: Di che parlando S. Girolamo, ſcriue.

In Cap. 28. Hierem.

illius temporis, quo gesta referunt, & non juxta quod rei veritas continebat.

Et alibi idem divus auctor.

Et altroue, il medesimo Santo.

Cap. 13. Matth.

Consuetudinis Scripturarum est, ut opinionem multarum rerum sic narret Historicus, quomodo eo tempore ab omnibus credebatur.

Et D. Thomas, in Iob. cap. 27. in hæc verba sacri Textus,

E S. Tomaso in Iob. al cap. 27. sopra le parole.

Qui extendit Aquilonem super vacuum, & appendit Terram super nihilum:

monet, Sacram Scripturam, Vacuum & Nihilum vocare id spatium, quod Terram complectitur & circumdat: quod nos vacuum non esse, sed aëre plenum scimus; nihilominus ait, Scripturam, ut sese vulgi, spatium illud Inane censentis captui accommodet, id Vacuum & Nihilum appellare. cujus in eum locum, hæc sunt verba:

Nota, che la Scrittura chiama Vacuo e Niente, lo spazio che abbraccia e circonda la Terra, e che noi sappiamo non esser' voto, ma ripieno d' Aria: nulladimeno dice egli, Che la Scrittura, per accomodarsi alla credenza del vulgo, che pensa, che in tale spazio nõ sia nulla, lo chiama Vacuo, e Niente. Ecco le parole di S. Tomaso:

Quod de superiori Hemisphærio Cæli nihil nobis apparet, nisi spatium aëre plenum, quod vulgares homines reputant Vacuum: loquitur enim secundum existimationem vulgarium hominum, prout est mos in Sacra Scriptura.

Ex his videtur, satis liquido inferri posse, Sacram Scripturam, multò potiori ratione Solem Mobilem, & Terram Stabilem, eodem respectu dixisse: Quia si hominum vulgarium captum ad incudem revocaverimus, ineptiores proculdubio eos reperiemus percipiendæ Solis Stabilitati, & Mobilitati Terræ, quàm, Id spatium quo circumdamur, aëre repletum esse. Quapropter si Sacri Auctores, in hoc capite, quod apud vulgi captum facilius persuaderi poterat,

Hora da questo luogo mi pare, che assai chiaramente argumentar' si possa; Che la Scrittura Sacra per il medesimo rispetto habbia hauuto molto più gran' cagione, di chiamare il Sole Mobile, e la Terra Stabile. Per che se noi tẽteremo la capacità de gli huomini vulgari, gli troueremo molto più inetti a restar' persuasi della Stabilità del Sole, e Mobilità della Terra, che dell' esser' lo spazio, che ci circõda, ripieno d'Aria. Adunque se gli Autori Sacri, in questo punto, che nõ haueua tanta difficoltà appresso la capacità del

nihilominus id tentare ſuperſederunt; idipſum non niſi potiori ratione obſervaſſe videbuntur in Propoſitionibus longe abſtruſioribus. Quin imo Copernicus ipſe cognoſcens, quantarum virium in noſtra imaginatione ſit inveterata conſuetudo, rerumque concipiendarum modus ab ipſis incunabulis uſitatus; majoris confuſionis & difficultatis vitandæ gratiâ, in ea, quam (ad ejus doctrinam capiendam) fieri convenit, mentis abſtractione, poſtquam probavit, eos Motus, qui nobis Solis aut Firmamenti eſſe videntur, revera eſſe ipſius Terræ; Motus inquam illos deinde in Tabulas redacturus, & ad uſum applicaturus, dicit eſſe Solis, & Cæli, ſupra ipſos Planetas conſtituti; diſerte & nominatim dicens Ortum & Occaſum Solis & Stellarum; Mutationesque in obliquitate Zodiaci & variationes punctorum in æquinoctiis, motum medium, anomaliam, & proſthaphæreſin Solis, & alia ſimilia: quæ cum revera ſint ipſius Terræ, tamen quia ipſi Terræ juncti ſumus, & conſequenter etiam omnium ipſius motuum participes; eos in ipſa immediate diſcernere non poſſumus, ſed ſolummodo relative ad Corpora Cæleſtia, in quibus, liquido nobis apparent: ideoque non aliter ac ſi in iis contingerent, à nobis percipiuntur eo que etiam modo à nobis nominantur: ex eoque notetur, quàm rite & prudenter, in loquendo, veteris conſuetudinis, & magis aſſueti intelligendi modi, ratio in his habeatur.

del vulgo ad eſſer' perſuaſo, nulladimeno ſi ſono aſtenuti del tētare di perſuaderglielo, nō dourà parere, ſe nō molto ragioneuole, che in altre Propoſizioni molto più recondite, habbiano oſſeruato il medeſimo ſtile. Anzi conoſcendo l'iſteſſo Copernico, qual' forza habbia nella noſtra fantaſia vna inuecchiata conſuetudine, & vn' modo di concepir' le coſe, già ſin' dall' infanzia, fattoci familiare, per non accreſcer' cōfuſione e difficoltà nella noſtra aſtrazzione, doppo hauer' prima dimoſtrato, Che i mouimēti, li quali a noi appariſcono eſſer' del Sole ò del Firmamento, ſono veramente della Terra: nel venir' poi à ridurgli in Tauole, & all' applicargli all' uſo, gli và nominando, per del Sole, e del Cielo ſuperiore a i Pianeti; chiamādo Naſcere e Tramontar' del Sole e delle Stelle, mutazioni nell' obliquità del Zodiaco, e variazioni ne i punti de gl'Equinozzii, mouimento medio, anomalia, e proſtafereſi del Sole, E altre coſe tali; quelle che ſono veramēte della Terra: Ma, perche ſendo noi congiunti con lei, & in conſeguenza a parte d'ogni ſuo monimeto, non gli poſſiamo immediate riconoſcere in lei, ma ci cōuien' far' di lei relazione a i Corpi Celeſti, ne' quali ci appariſcono: però gli nominiamo, come fatti là, doue fatti ci raſsēbrano. Quindi ſi noti, quanto ſia ben' fatto, l'accomodarſi al noſtro più conſueto modo d'intendere.

Che

Communis porro omnium Sanctorum Patrum in Naturali aliqua Sacræ Scripturæ Propositione, eodem sensu recipienda, concordiæ, vim hanc esse, ut sit de Fide, eam Propositionem pro tali (secundum verbalem scilicet sensum) habere; crediderim, id potissimùm intelligendum esse de iis solis Conclusionibus, quæ postquam fuerint à Patribus accurate discussæ, & in utramque partem ventilatæ, concorditer omnes, earum unâ reprobatâ, alteram admiserint. Mobilitas autem Terræ, & Stabilitas Solis, nequaquam in hoc numero censeri possunt. Siquidem tantum abest, ut temporibus illis ea opinio assertores haberet, ut potius omnino sepulta fuerit, & à Quæstionibus Scholasticis ejus temporis remotissima. Quapropter sanctis Patribus ne quidem in mentem venisse, de ea disputare, credi potest: Sacræ scilicet Scripturæ auctoritate; propriaque ipsorum Sanctorum Patrum de hac re opinione; & communi hominum assensu, nemine ulibi penitus contradicente, in eandem sententiam concorditer tunc concurrentibus.

Præterea non sequitur, eo quod omnes sancti Patres, Terræ stabilitatem admiserint, esse de Fide, Terræ Stabilitatem credere: sed probandum esset, eo contrariam opinionem damnasse; Quia dici rursus posset, Cùm illis, eam discutiendi nulla se præbuerit occasio, admissam ab illis eam esse tantùm, ut vulgò receptam, non autem ut assertam, & demonstratione stabilitam: idipsumque

Che poi la commune concordia de Padri, nel riceuere vna Propositione Naturale della Scrittura, nel medesimo senso tutti, debba autenticarla in maniera, che diuenga *de Fide*, il tener la per tale, crederei che ciò si douesse al più intendere di quelle conclusioni solamente, le quali fussero da essi Padri state discusse e ventilate, con assoluta diligẽza, e disputate per l'una, e per l'altra parte, accordandosi poi tutti a reprouar' quella, e tener' questa. Ma la Mobilità della Terra, e Stabilità de Sole, non son' di questo genere: Concioſia che tale opinione fosse in quei tẽpi totalmente sepolta, e remota dalle quistioni delle Scuole, e non considerata, non che seguita da veruno: Onde si può credere, che ne pur' cascasse cõcetto a i Padri, di disputarla, hauendo i Luoghi della Scrittura, la lor' propria opinione, e l'assenso de gli huomini tutti concordi nell' istesso parere, senza che si sentisse la contradizzione di alcuno.

In oltre, non basta il dir' che i Padri tutti ammettono la stabilità della Terra &c. adunque il tener la, è *de Fide*: Ma bisogna prouar', ch' egli habbin' condennato l'opinione cõtraria: Imperoche io potrò sempre dire, Che il non hauer' hauuta loro occasione di farui sopra reflessione, e discuterla, hà fatto che l'hanno lasciata & ammessa solo, come corrente,

ma

satis firmâ ratione, sic dissèri posse videtur. Nam aut Sancti Patres hanc Conclusionem respexerunt ut controversam, vel ut exra controversiam: Si hoc modo, nihil utique de ea, ne quidem cogitatione ipsâ, statuerunt, nec Nos, eorum dictis subscribere, strictè (contra eorum mentem) obligamur: Si illo; tunc proculdubio, contrariam damnassent, & erroneam eam esse pronunciassent: quod tamen ab illis factum esse, nusquam reperitur. Verum postquam aliqui Theologi cœperunt illam ad examen revocare, apparet, illos eam non habuisse pro erronea, ut in Commentariis Didaci à Stunica legitur in Jobi cap. 9. versu 6. in hæc verba: *Qui commovet terram de loco suo:* Ubi fusè de Copernicano Systemate ratiocinatur, concluditque Mobilitatem Terræ non adversari Sacræ Scripturæ.

Præterquam quod non abs re quis dubitet, An vere dicatur, juxta Ecclesiæ sanctionem, habendas esse velut de Fide ejusmodi Propositiones Naturales, ob hanc solam rationem, quod Sanctorum Patrum concordi interpretatione sint insignitæ. Et forte, ii qui hoc urgent, ut faveant propriæ sententiæ, Conciliorum super his decreta ampliare conantur: quæ tamen non video in hanc rem aliud vetare, nisi ut in sensus ab Ecclesiæ & Patrum sensibus alienos non prolabamma non gia come resoluta stabilita. E ciò mi par di poter' dir' con assai ferma ragione: Imperoche ò i Padri fecero reflessione sopra questa Conclusione come cõtroversa, ò nò: se nò, adunque niente ci potettero, ne anco in mente loro, determinare; ne deue la loro non curanza metter' in obligo noi, a riceuer' quei precetti, che essi non hanno ne pur' con l' intẽzione imposti: Ma se ci fecero applicazione, e considerazione, già l' haurebbono dannata, se l' hauessero giudicata per erronea, il che non si troua, che essi habbian' fatto. Anzi dopo che alcuni Teologi l' hanno cominciata a considerare, si vede che non l'hanno stimata erronea: come si legge ne i commentarii di Didaco à Stunica sopra Iob. al Cap. 9. vers. 6. sopra le parole *Qui commouet Terram de loco suo &c.* doue longamente discorre sopra la Posizione Copernicana, e conclude, La mobilità della Terra non essere contro alla Scrittura.

Oltre che io hauerei qualche dubio circa la verità di tal' determinazione, cioè, se sia vero, Che la Chiesa oblighi à tenere come *de Fide*, simili Conclusioni Naturali, insignite solamente di vna concorde interpretazione di tutti i Padri; e dubito, che pos' essere, che quelli che stimano in questa maniera, possino hauer' desiderato di ampliar' à fauor' della propria opinione, il Decreto de' Concilii, il quale non

mur, in iis videlicet S. Scripturæ locis interpretandis, qui sunt de fide, aut qui ad mores Doctrinæ Christianæ ædificationi destinatos spectant: Sicque etiam ipsum Concilium Tridentinum Sessione 4. statuit.

Conc. Trid. Sess. 4.

At Terræ, Solisue Mobilitas, aut Stabilitas, nec sunt de Fide; nec ad Mores referuntur; nec ad hanc opinionem stabiliendam, ulli Sacræ Scripturæ loci, adversus Sanctæ Ecclesiæ aut Patrum sententiam torquentur; quin potius qui de hac re scripserunt, nunquam Sacros locos Scripturæ usurpârunt: adeo ut gravibus & sapientibus Theologis illibata semper maneat auctoritas, illos locos, secundnm verum sensum interpretandi.

Quantum autem in hisce, Conciliorum decreta cum Sanctis Patribus consentiant, hinc fit manifestum; quod tantum absit, uti secundum eos, ejusmodi Conclusiones Naturales statuantur esse de Fide, & quæ illis sunt contrariæ, velut erroneæ damnentur, ut potius (primi & præcipui, Sanctæ Ecclesiæ propositi ratione habitâ) frustraneum censeant, circa Veritatis earum investigationem, tempus terere. Et in hanc rem, adverat Vestra Serenitas, Divi Augustini responsum, iis fratribus, An Cælum moveatur, aut immotum subsistat, quærentibus.

veggo che in questo proposito proibisca altro, se non Lo stravolger' in sensi contrarij à quel' di Santa Chiesa, ò del commun' consenso de' Padri, quei luoghi solamente, che sono *de Fide*, ò attenenti a i costumi, concernenti all'edificazione della Dottrina Christiana: & così parla il Concilio Tridentino. Sess. 4.

Ma la mobilità ò Stabilità della Terra, ò del Sole, non sono *de Fide*, ne contro a i costumi, ne vi è chi voglia scontorcer' luoghi della Scrittura, per contrariar' à Sancta Chiesa, ò ai Padri: anzi Chi hà scritta questa Dottrina, non si è mai seruito di Luoghi Sacri; acciò resti sempre nell' autorità di graui e sapienti Teologi, d' interpretar' detti luoghi conformè al vero sentimento.

E quanto i Decreti de' Concilii si conformino co' Santi Padri in questi particolari, può esser' assai manifesto, poi che tanto ne manca, che si risolvino a riceuer' per *de Fide* simili Conclusioni Naturali, ò a reprouar' come erronee, le contrarie opinioni, che più presto, hauendo riguardo alla primaria intenzione di Santa Chiesa, reputano inutile, l' occuparsi in cercar' di venir' in certezza di quelle. Senta di nuono l' Altezza Vostra, quello che risponde S. Agostino a quei fratelli, che muouono la quistione, Se sia vero, che il Cielo si muoua, ò pure stia fermo:

His respondeo, multum subtiliter, & laboriosis rationibus, ista perquiri, ut vere percipiatur, utrum ita, annon ita sit: quibus ineundis atque tractandis, nec mihi jam tempus est, nec illis esse debet, quos ad salutem suam, & Stæ. Ecclesiæ necessariam utilitatẽ, cupimus informari.

Sed concesso, etiam in Propositionibus Naturalibus, & locis Sacræ Scripturæ concorditet eodem sensu à S.Stis Patribus expositis, illarum admittendarũ, vel rejiciendarum, normam sumendam esse; non inde propterea sequetur, id in hac nostra sententia locum habere debere; cum in eosdem illos locos variæ SStor. Patrum legantur expositiones: dicente Dionysio Areopagita: *Non Solem, sed Primum Mobile, immotum constitisse.* Idem autumat etiam D. Augustinus; *Omnia scilicet Corpora Cælestia, immota substitisse.* Cujus itidem sententiæ est Abulensis. Sed multo magis inrer auctores Hebræos nonnulli (quibus adstipulatur Josephus) existimârunt, *Solem revera non substitisse immotum, sed pro brevi tempore, intra quod Israelitæ, hostes suos fuderunt. id ita visum esse.* Sic etiam de miraculo, Ezechiæ Regis tempote, patrato, Paulus Burgensis censet, factum id non fuisse in Sole, sed in Horologio.

Ceterum verba textus Josuæ (quodcunque demum Mundi Systema ponatur) sanâ interpretatione, necessario esse juvanda, inferius docebo.

His denique contradictoribus, etiam præter illa quæ ab iis petita sunt, hoc ulterius concedendo, Omnino scil: stan-

Ma quando pure anco, nelle proposizioni Naturali, da Luoghi della Scrittura esposti concordemente nel medesimo senso da tutti i Padri, si haueſſe a prender la resoluzione di condennarle ò ammetterle' nõ però veggo, che questa regola haueſſe luogo nel nostro caso' auuẽga che sopra i medesimi luoghi si leggono de i Padri diuerse esposizioni; dicendo Dionisio Areopagita, Che non il Sole, ma il primo Mobile si fermò: L'istesso stima S. Agostino, cio è Che si fermassero tutti i Corpi Celesti: dell' istessa opinione è l'Abulense. Ma più trà gli autori Ebrei, (a i quali applaude Giosseffo) Alcuni hanno stimato, che veramente il Sole non si fermasse, ma che cosi apparue, mediante la breuità del tempo, nel quale gl' Israeliti dettero la sconfitta a' nimici. Così del miracolo al tempo di Ezechia, Paolo Burgense stima, non essere stato fatto nel Sole, ma nell'horiuolo.

Ma, Che in effetto sia necessario glossare & interpretare le parole del testo di Iosué, qualunque si ponga la costituzione del Mondo, dimostrerò più a basso.

Ma finalmente, concedendo a questi Signori più di quello che ei domandano, cioè, di

dum esse Sapientum Theologorum, super hac quæstione, sententiæ; Cum ejus disquisitio ab Antiquis Patribus facta esse non reperiatur, supereſt ut a Neotericis fiat: Cumque ejus Conclusio & decisio non nisi in alterutram ex duabus opinionibus controversis, necessario dilemmate cadere possit, Philosophor. & Astronomorum experimentis, observationibus, rationibus, & demonstrationibus hinc inde prius perpensis, (aspirante illis Spiritu divino) facile & tuto poterunt de ejus veritate statuere: At non ante veritatis, nec singulatim ab utraque parte discussis rationibus, req; prius non perspectâ, vix est ut ab iis, qui ad tutandas varias suas opiniones, Sacrarum Litterarum dignitatem & Majestatem in periculum adducere non dubitãt, vera ejus decisio sperari possit; ut nec viceversâ, ab iis, qui solo Sanctissimæ Veritatis Dignitatisq; Sacrarum Litterarum Zelo ducti (quam quilibet Christianus sartam tectam præoptare debet) hoc tantùm postulant & quærunt, ut hujus Doctrinę fundamenta attente examinentur, quicquam in hac re sinistrum metuendum sit.

Quam quidem Sacrarum Litterarum dignitatem quis non videt longe majori

sottoscriuere interamente al parere di Sapienti Teologi, già che tal' particolar' disquisizione non si troua essere stata fatta da i Padri antichi; potrà esser' fatta da i Sapienti della nostra età, liquali ascoltata prima le esperienze, l'osseruazioni, le ragioni e le dimonstrazioni de' Filosofi & Astronomi, per l'una e per l' altra parte, (poiche la controversia è di Problemi Naturali, e di dilemmi necessarii, & impossibili ad essere altramente, che in una delle due maniere controuersa) potranno con assai sicurezza, determinar' quello, che le Diuine inspirazioni gli detteranno. Ma, che senza ventilare e discuter' minutissimannete tutte le ragioni dell' una e dell' altra parte, e che senza venir' in certezza del fatto, si sia per prendere una tanta resoluzione, Non è da sperarsi da quelli, che non si curerebbono d' arrificar' la Maestà e Dignità delle Sacre Lettere, per sostentamẽto della reputazione di lõro vane imaginazioni; Nè da temersi da quelli, che non ricercano altro, se non che si vadia con somma attenzione, ponderando quali sieno i fondamẽti di questa Dottrina; e questo, solo per Zelo santissimo del Vero, e delle Sacre Lettere, e della Maestà, Dignità, & autorità, nella quale ogni Christiano deue procurar' che esse sieno mantenute.

La qual dignità, chi non vede, con quanto maggior' Zelo

vien

affectu ab iis promoveri, qui seſe Stæ. Eccleſiæ ſubjicientes, hoc petunt, non ut hæc illa ve opinio ab Eccleſia damnetur, ſed ut in medium ea adducantur, ex quibus unius præ aliâ opinionis, certior ab ea electio fieri poſſit; quam ab iis, qui propriis rationibus præpediti, & maligniter impulſi, nil niſi ab Eccleſia fulmina intorquenda, & gladium (cujus poteſtatem habet) ſtringendum prædicant? haud diſcernentes, non omnia quæ fieri poſſunt, etiam conducere ut fiant. Nec ſanè ejus ſententiæ fuerunt SSti. Patres, qui prævidentes, quàm noxium Sanctæ Eccleſiæ futurum eſſet, ex Sacræ Scripturæ locis & teſtimoniis, Naturales Concluſiones definire velle, de quibus poſtmodũ, vel experimentis, vel demonſtrationibus neceſſariis, alio modo ſe habere monſtrari poſſet, quam nuda Sacrar. Litterarum verba deſignent, non tantum quod ad ſeipſos prudenter in hac re ſunt verſati, ſed etiam aliis ſapientiſſima hæc monita reliquerunt.

vien deſiderata & procurata da quelli, che ſottoponendoſi onninamente à Santa Chieſa, domandano non che ſi proibiſca queſta ò quella opinione, ma ſolamẽte di poter'mettere in conſiderazione, coſe, onde ella maggiormente ſi aſſicuri nell' elezzione più ſicura, che da quelli, che abbagliati da proprio intereſſe, ò ſolleuati da maligne ſuggeſtioni, predicano, che ella fulmini, ſenza altro, la ſpada, poi che ella hà poteſtà di farlo; nõ conſiderando, che non tutto quel' che ſi può fare, è ſempre utile che ſi faccia. Di queſto parere non ſon' già ſtati i Padri Santiſſimi, anzi conoſcendo, di quanto pregiudizio, e quanto contro al primario inſtituto della Chieſa Catolica, ſarebbe il volere da' Luoghi della Scrittura, definire Concluſioni Naturali, delle quali, ò con eſperienze, ò con dimoſttazioni neceſſarie, ſi potrebbe in qualche tempo dimoſtrare il contrario, di quel' che ſuonan' le nude parole, ſono andati, non ſolamente circonſpettiſſimi, ma hanno per ammaeſtramento de gli altri, laſciati i ſeguenti precetti:

In rebus obſcuris, atque à noſtris oculis remotiſſimis, ſiqua inde ſcripta etiam divina legerimus, quæ poßint ſalva fide, qua imbuimur, aliis atque aliis parere ſententiis, in nullam earum nos præcipiti affirmatione ita projiciamus, ut ſi forte diligentiùs diſcuſſa veritas eam recte labefactaverit, corruamus: non pro ſententia divinarum Scripturarum, ſed pro noſtra ita dimicantes, ut eam velimus Scripturarum eſſe, quæ noſtra eſt, cum potiùs eam, quæ Scripturarum eſt, noſtram eſſe velle debeamus. *Diuus Auguſtin. in Geneſ. ad litterã. lib. 2. Cap. 18. & ſeq.*

Posteaque docturus, quomodo nulla Propositio contra fidem esse possit, quã, falsam esse, priùs demonstratum non sit, subdit:

Soggiugne poco di sotto, per ammaestrarci, come nissuna Proposizione può esser' contro la fede, se prima non è dimostrata esser' falsa, dicendo:

Tam diu non est extra fidem, donec Veritate certissimâ refellatur. Quod si factum fuerit, non hoc habebat divina Scriptura, sed hoc senserat humana ignorantia.

Ex quibus apparet, quam falsi futuri essent illi sensus quoties cum probata veritate non consentirent. Quapropter, demonstratæ veritatis ope prius accita, certus Sacræ Scripturæ sensus est investigandus; nequaquam autem nudæ verborum significationi, quæ imbecillitati nostræ assentiat, ipsam naturã coarctet, & quodammodo subvertat, negatis aut posthabitis experimentis & rationibus necessariis, est alligandus.

Dal che si vede, come falsi sarebbono i sentimenti, che noi dessimo a' luoghi della Scrittura, ogni volta che non concordassero con le verità dimostrate. E però deuesi, con l'aiuto del Vero dimostrato, cercare il senso sicuro della Scrittura; e non conforme al suono delle parole, che sembrasse vero alla debolezza nostra, volere in certo modo sforzar la Natura, e negar' le sperienze e le dimostrazioni necessarie.

Ulterius videat Vestra Serenitas, quã circumspecte & remisse procedat hic Sanctissimus Vir (priusquam pro certa ullam Sacræ Scripturæ interpretationé admittat, ne postea illi aliqua superveniat difficultas, quę illam inturbet) ut nec hoc contentus, Sensum scilicet aliquem Sacræ Scripturæ assignatum, a'i quibus demonstrationibus non contradicere, subjungat,

Ma noti di più l' Altezza Vostra, con quante circospezzioni camina questo santissimo Huomo, prima che risoluersi ad affermare alcuna interpretazione della Scrittura per certa, e talmente sicura, che non s'habbia da temere di poter'incontrare qualche difficoltà, che ci apporti disturbo; che non contento, che alcun' senso della Scrittura concordi con alcuna dimostrazione, soggiugne;

Si autem hoc verum esse vera ratio demonstraverit, adhuc incertum erit, utrum hoc in illis verbis Sanctorum Librorum, Scriptor sentiri voluerit, an aliquid aliud non minus verum. Quod si cetera contextio sermonis non hoc eum voluisse probaverit, non ideo falsum erit aliud, quod ipse intelligi voluit, sed & verum, & quod utilius cognoscatur.

Ma

Sed & hoc magis mirum in Sancti hujus Auctoris circumspectione, qui nõ fidens elicito sensui & interpretationi, quamvis cum demonstrationibus, & cũ ejus loci præcedentibus & subsequentibus verbis concordet, subjicit sequentia verba;

Ma quello che accresce la merauiglia circa la circospezzione con la quale questo Autore camina, è, che non si assicurando su'l vedere, che e le ragioni dimostratiue, e quello che suonano le parole della Scrittura, & il resto della testura precedente ò susseguente, cospirino nella medesima intenzione, aggiugne le seguenti parole:

Si autem contextio Scripturæ hoc voluisse intelligi scriptorem, non repugnaverit, adhuc restabit quærere, utrum & aliud non potuerit.

Nec vni sensui, altero reicto, adhærere penitus præeligens, (nequid sufficienti cautioni in hac re necessario adhibendæ deesset) postmodum hæc addit:

Nè si risoluendo ad accettar' questo senso, ò escluder' quello, anzi non gli parendo di potersi stimar' mai cautelato a sufficienza, seguita:

Quod si & aliud potuisse invenerimus, incertum erit; quidnam eorum ille evoluerit: aut utrumque voluisse non inconvenienter creditur, si utriusque sententiæ certa circumstantia suffragatur:

Et tandem rationem hujus sui instituti reddere volens, ostendendo, cui periculo se Sacras Litteras & Ecclesiam sint exposi turi, qui potiorem proprii erroris defendendi, quam Sacræ Scripturæ dignitatis rationem habentes, illam ultra limites, quos sibi posuit, extendere nituntur, verba hæc subnectit, quæ vel sola sufficere deberent ad effrenem, quam sibi quidam assumunt, licentiam moderandam.

E finalmente, quasi volendo render' ragione di questo suo instituto, col mostrarci, a quali pericoli esporrebbero se e le Scritture, e la Chiesa, quelli, che riguardando più al mãtenimento d' un' suo errore, che alla dignità della Scrittura, vorrebbono estẽdere l'autorità di quella oltre a i termini, ch'ella stessa si prescriue, soggiugne le seguenti parole, che per se sole dourebbero bastare a reprimere e moderare la souerchia licenza, che talun' pretende di potersi pigliare.

Plerumque enim accidit, ut aliquid de Terra, de Cælo, de ceteris hujus mundi elementis, de motu, conversione, vel etiam magnitudine & inter-

intervallis Syderum, de certis defectibus Solis & Lunæ, de circuitibus annorum & temporum; de naturis animalium, fruticum, lapidum, atque hujusmodi ceteris, etiam non Christianus ita noverit, ut certissima ratione vel experientiâ teneat. Turpe autem est nimis & pernicioſum, ac maxime cavendum, ut Christianum de his rebus quasi ſecundum Christianas literas loquentẽ, ita delirare quilibet infidelis audiat, ut, quemadmodum dicitur, toto cælo errare conſpiciens, riſum tenere vix poſſit: & non tam molestum est, quod errans homo derideretur, ſed quod auctores noſtri, ab iis qui foris ſunt, talia ſenſiſſe creduntur, & cum magno exitio eorum, de quorum ſalute ſatagimus, tanquam indocti reprehenduntur atque reſpuuntur. Cum enim quemquam de numero Chriſtianorum, ea in re, quam ipſi optime norunt, deprehenderint, & vanam ſententiam ſuam de noſtris Libris aſſerent; quo pacto illis Libris credituri ſunt, de Reſureectione Mortuorum, & de Spe Vitæ æternæ, Regnoque Cælorum; quando de his rebus quæ jam experiri, vel indubitatis rationibus percipere potuerunt, fallaciter putaverint eſſe conſcriptos?

Quamque Sapientibus & Piis Patribus, offendiculo ſit horum temeritas, qui ad defenſionem Propoſitionum ab iis non intellectarum, illis locos Sacræ Scripturæ applicant, quos deinde (primo errori alium ſuperaddentes) aliis necdum ab iis intellectis fulciunt, idem Sanctus Pater his quæ ſequuntur verbis indicat:

Quanto poi reſtino offeſi i Padri, veramente Saggi e Prudenti, da queſti tali, che per ſoſtener'Propoſizioni da loro non capite, vanno in certo modo impegnando i Luoghi della Scrittura, riducendoſi poi ad accreſcer' il primo errore co'l produrne altri Luoghi meno inteſi de' primi, eſplica il medeſimo Santo, con le parole che ſeguono:

Quid enim moleſtiæ, triſtitiæque ingerant prudentibus fratribus, temerarii præſumptores, ſatis dici non poteſt, cum, ſiquando de falſa & prava opinione ſua reprehendi & convinci cœperint, ab iis qui noſtrorum librorum auctoritate non tenentur, ad defendendum id, quod leviſſima temeritate, & apertiſſima falſitate dixerunt, eoſdem libros Sanctos, unde id probent, proferre conantur; vel etiam memoriter, quæ ad teſtimonium valere arbitrantur, multa inde verba pronunciant, non intelligentes neque quæ loquuntur, neque de quibus affirmant.

Ex horum numero hi videntur eſſe, qui hujus opinionis Auctoris, ejusque

Del numero di queſti par mi che ſien' coloro, che non volendo

ſequacium, demonſtrationes & experimenta, quibus eam confirmat, non intelligentes, tantummodo Sacris Litteris innituntur, haud animadvertendes, quò pertinacius illas alios nullos ſenſus, præter eos quos illis affingunt, admittere aſſerunt, eò magis earum dignitatem ab illis lædi (præſertim ſi ejus ſint apud homines conditionis, ut eorum de hac re judicium, alicujus momenti & auctoritatis eſſe poſſit) ſi poſtmodum patefacta Veritas, illorum interpretationi contraria, confuſionem aliquam induceret, ſaltem apud eos qui ab Sancta Eccleſia ſunt ſemoti, quos tamen ea (ut mater bene affecta) & amore proſequitur, & in gremium ſuum adſciſcere geſtit. Videat ergo Veſtra Serenitas, quàm præpoſtere hi proceſſerint, qui in diſputationibus Naturalibus, in primo congreſſu, argumentorum vice, teſtimonia Sacræ Scripturæ utplurimùm ab iis malè intellecta adhibent.

At ſi hi certo ſibi perſuadent, ſe veros loci alicujus Sacræ Scripturæ ſenſus expiſcatos eſſe, neceſſario conſequitur, illos etiam pro certo habere, penes ſe eſſe Concluſionis illius, quam diſputandam proponere volunt, abſolutam veritatem, ſimulque ſe magno auctario adverſarium ſuperare, cui falſæ opinionis contrariæ defenſio incumbit: Siquidem is,

volendo ò non potendo intẽder' le dimoſtrazioni & eſperienze, con le quali l'autore & i ſeguaci di queſta poſizione la confermano, attendono pure a portar'innanzi le Scritture, nõ ſi accorgendo, che quãte più ne producono, e quanto più perſiſtono in affermar', quelle eſſer'chiariſſime, e non ammetere altri ſenſi, che quelli che eſſi gli danno, di tanto maggior' pregiudizio ſarebbono alla dignità di quelle, (quando il lor' giudizio fuſſe di molta autorità) ſe poi la Verità conoſciuta manifeſtamente in contrario, arrecaſſe qualche confuſione, almeno in quelli, che ſon' ſeparati da Sta. Chieſa; de'quale pure ella è zelantiſſima, e madre deſiderosa di ridurgli nel ſuo grẽbo. Vegga dũq; l'Altezza Voſtra, quanto diſordinatamente procedono quelli, che nelle diſpute Naturali, nella prima frõte coſtituiſcono per lor'argomenti, luoghi della Scrittura, e ben ſpeſſo malamente da loro inteſi.

Ma ſe queſti tali, veramente ſtimano, & interamente credono, d'hauere il vero ſentimento di vn' tal' luogo particolare della Scrittura, biſogna per neceſſaria conſeguenza, che ei ſi tenghino anco ſicuri, d'hauer' in mano, l'aſſoluta verità di quella Concluſion' Naturale, che intendono di diſputare; e che inſieme conoſchino d'hauer' grãdiſſimo vantaggio ſopra l' auuerſario, a cui tocca a difender'la parte

qui Veritatem tuetur, multas demonſtrationes & ſenſata exprimenta pro ſe habere poteſt, cum adverſarius nonniſi externis fallaciis, paralogiſmis, & ſophiſmatibus uti poſſit. Si ergo ſe intra naturales terminos continentes, nec aliis armis quam philoſophicis ſe tuentes, ſe nihilominus adverſario longe ſuperiores eſſe confidunt, ad quid in ipſo deinde congreſſu tam tremendis armis manum adhibent, quæ vel ſolo aſpectu hoſti terrorem incutiunt? Sed ſi verum attenditur, ipſi proculdubio primi terrore perculſi ſunt: quare parum ſuis viribus fidentes, hoſtisque impetum horrentes, illum quam longiſſime à ſe arcere nituntur, omnem rationis diſcurſum illis à Divina Bonitate conceſſum præcidentes, & Sacrarum Literarum juſtiſſimâ auctoritate abutentes, qua bene intellecta, & rite adhibita, nunquam, juxta Theologorum ſententiam, manifeſta experimenta, nec neceſſarias demonſtrationes, oppugnare poteſt. Sed effugium hoc ab illis ad occultandam ſuam inſcitiam & ruditatem captatum, vix quicquam illis proficere deberet, cum hactenus hæc opinio ab Eccleſia, erroris damnata nõ fuerit. Unde, ſi ſincere agere vellent, aut ſe, per ſilentium, harum tra-

falſa; eſſendo che quello, che ſoſtiene il vero, può hauer' molte eſperienze ſenſate, e molte dimoſtrazioni neceſſarie, per la parte ſua, mẽtre che l'auuerſario non può valerſi d'altro, che d'inganneuoli apparenze, di paralogiſmi, e di fallacie. Hora, ſe eſſi, contenendoſi dẽtro ai termini Naturali, e non producendo altre armi, che le filoſofiche, ſanno ad ogni modo d'eſſer' tanto ſuperiori all'auuerſario, per che nel yenir' poi al congreſſo, por' ſubito man'a vn' arme ineuitable, e tremenda, per atterrir' con la ſola viſta il loro auuerſario? Ma s'io deuo dire il vero, credo che eſſi ſieno i primi atterriti, e che ſentendoſi inabili à poter' ſtar' forti contro gl'aſſalti dell' auuerſario, tentino di trouar' modo di non ſe lo laſciare accoſtare, vietandoli l'uſo del diſcorſo, che la diuina Bontà gli hà conceduto, & abuſando l'autorità giuſtiſſima della Sacra Scrittura, che ben' inteſa e vſata, non può mai, conforme alla commune ſentenza de' Teologi, oppugnar' le manifeſte eſperienze, ciò è le neceſſarie dimoſtrazioni. Ma, che queſti tali rifughino alle Scritture, per coprir' la loro impoſſibilità di capire, non che di ſoluere le ragioni contrarie, dourebbe, s'io non m'inganno, eſſergli di niſſun' profitto; non eſſendo mai ſin' qui ſtata cotal' opinione dannata da Sta. Chieſa: Però quando voleſſero procedere con ſincerità, dou-

rationum incapaces confiterentur; aut saltem ante omnia perpenderent, Jus penes eos non esse, sed soli Summo Pontifici, vel Sacris Conciliis competere Propositionem aliquam Erroneam pronunciandi; licere tamen illis de omnis obviæ Propositionis falsitate disputare. Deinde intelligentes, eam Propositionem, quæ vera sit, hæreticam esse non posse, in id potiùs (quod & possent licite) incumbere deberent, ut Propositionem hanc falsam esse demonstrarent; quod ipsum, si illis assequi contingeret, tunc aut supervacanea esset ejus prohibitio, quippe ab ea (ejus falsitate cognitâ) omnes per se sponte recederent; aut si prohibenda foret, id utique procul ab omni periculo & scandalo fieret.

Hoc ergo agant sedulo, primum scilicet Copernici & ejus sectatorum rationes redarguant: erroris interim aut hæreseos judicio iis, quibus id competit, intacto relicto. Neque apud Circumspectos Patres, aut apud Supremam Sapientiam ejus qui errare nequit, repentina & præcipitia decreta (in quæ ipsi ex proprii affectus & privatarum suarum rationum proclivitate facile per se prolaberentur) se reperturos confidant. De his enim Propositionibus, quæ directe ad fidem non spectant, in confesso quidem est apud omnes, summum Pontificem, eas admittendi aut damnandi absolutam potestatem sibi semper reservare; sed eas, Veras aut Falsas, diversum ab eo, quod per se, suâ

tà, dourebbero ò tacendo, cõfessarsi inabili a poter' trattar' di simil'materie, ò vero, prima considerare, che non è nella potestà loro, ne d'altri, che del Sommo Pontefice, e de' Sacri Concilii, il dichiarare vna proposizione per erronea; Ma che bene stà nell' arbitrio loro, il disputar' della sua falsità: Di poi intendendo, come è impossibile, che alcuna Proposizione sia insieme Vera & Eretica, dourebbero, dico, occuparsi in quella parte, che più aspetta a loro, cioè in dimostrar'la falsità di quella; la quale come hauessero scoperta, ò non occorrerebbe più il proibirla, perche nessuno la seguirebbe; ò il proibir la, sarebbe sicuro, e senza pericolo di scãdalo alcuno.

Però applichinsi prima questi tali a redarguire le ragioni del Copernico e di altri; e lascino il cõdennarla poi per erronea, ò Eretica, a chi ciò si appartiene; ma non sperino già, d' esser' per ttouare ne' i circospetti, e Sapientissimi Padri, e nell' assoluta sapienza di quel'che nõ può errare, quelle repentine resoluzioni; nelle quali essi talhora si lascierebbero precipitare da qualche loro affetto ò interesse particolare. Perche sopra queste & altre simili proposizioni, che non sono direttamente *de Fide*, nõ è chi dubiti, ch'il Sommo Pontefice ritien' sempre assoluta potestà di ammetterle, ò di condennarle; ma non è già in poter' di Creatura alcuna, il

naturâ, & de facto existunt, nemo penitus reddere potis est.

Consultius itaque omnimodo fuerit, de necessaria & inconcussa rei-veritate (in quam imperium nulli datur) primum omnium, fieri certiores potius quam sine hac fiducia, sibi (unâ parte damnatâ) electionis potestatem eripere, ad necessitatem reducendo eas conclusiones, quæ in præsentia liberæ sunt & indifferentes, quæque in Supremæ auctoritatis arbitrio repositæ sunt.

Denique si per suprà dicta, quamdiu de aliqua Conclusione dubitatur, Num Vera esse possit, intereà temporis tanquam Hæretica damnari nequit, incassum utique laborabunt, qui Terræ Mobilitatem Solisque stabilitatem reprobare aggrediuntur, nisi prius eam esse falsam & impossibilem demonstraverint.

Supereſt nunc discutiendum, quam vere dicatur, Locum Josuæ secundum nudum verborum sensum accipi debere, & quî fieri possit, ut Sol, Josuæ jussui, *Ne loco moveretur*, obsequens, inde consecutum sit, diem longo temporis intervallo prorogatum fuisse.

Et quidem, secundum Ptolemaicum Systema, id fieri non potuit. Nam cùm Solis Motus per Eclipticam, secundum ordinem Signorum, ab Occidente in Orientem, contrarioque motu motui Pri-

na, il farle esser' vere ò false, diuersamente da quello, che elleno per sua natura, e *de facto* si trouano essere.

Però par'che miglior' consiglio sia, l'assicurarsi prima della necessaria & immutabil' verità del fatto, sopra la quale nessuno hà imperiò, che senza tal' sicurezza, co'l dannar'vna parte, spogliarsi dell' autorità di poter' sempre eleggere, riducendo sotto necessità quelle determinazioni, che di presente sono indifferenti e libere, e riposte nell'arbitrio dell' autorità suprema.

Et in somma, se non è possibile, che vna conclusione sia dichiarata Eretica, mentre si dubita, che ella poss'esser' vera; vana dourà esser'la fatica di quelli, che pretendono di dannar la Mobilità e la Stabilità del Sole, se prima non hanno dimostrato, esser' impossibile e falsa.

Resta finalmente che consideriamo, quanto sia vero, che il luogo di Giosuè si possa prẽder' senza alterare il puro significato delle parole: e come possa essere, che obbedendo il Sole al comandamẽto di Giosuè, che fù, *Che egli si fermasse*, ne potesse da ciò seguire, che il giorno per molto spazio si prolungasse.

La qual'cosa, stante i mouimenti Celesti, conforme alla Costitutione Tolemaica, non può in modo alcuno auuenire, perche facendosi il mouimento del Sole per l'Eclittica,

se con-

mi Mobilis (qui est ab Oriente in Occidentem, per quem perficitur Dies & Nox) fiat, si Sol à proprio suo motu desisteret, dies utique non longior, sed brevior evaderet; & contrà, produceretur Dies, si Sol motum suum accelera ret. Adeo ut ad Solem in eodem loco supra horizontem aliquanto tempore sistendum, ita ut Occidentem versus non declinet, ejus proprius motus in tantum accelerandus sit, ut primi Mobilis motum æquiparet, id est, trecenties sexagies supra consuetum suum motum.

Si igitur ea mens Josuæ fuisset, ut ejus verba secundum nudum & propriissimum eorum sensum intelligerentur, Soli dixisset, ut motu suo in tantum progrederetur, ut Primi Mobilis raptu in Occasum præceps ferri non posset. Sed quoniam ejus verba ab iis exaudita sunt, quibus forte nullus alius Cælestis Motus, præter hunc communissimum ab Oriente in Occidentem notus erat, capacitati eorum morem gerens, nec Sphærarum constitutiones, sed solum patrati miraculi magnitudinem, in diei prorogatione eos docere volens, secundum illorum intelligendi modum est locutus.

secondo l' ordine de' Segni, il quale è da Oriente in Occidẽte, (che è quello, che fà il giorno e la notte) chiara cosa è, che cessando il Sole dal suo vero e proprio mouimento, il giorno si farebbe più corto, e non più lungo; e che all'incõtro il modo di allungarlo, sarebbe l'affrettar' il suo mouimento in tanto, che per fare, che il Sole restasse sopra l'Orizonte per qualche tempo, in vn'istesso luogo, senza declinar' verso l'Occidente, cõuerrebbe accelerar' il suo mouimento, tanto che e'pareggiasse quel'del primo Mobile, che sarebbe, vn' accelerarlo circa trecento sessanta volte più del suo consueto.

Quando dunque Giosuè hauesse hauuto intenzione, che le sue parole fussero prese nel lor'puro e propriissimo significato, haurebbe detto al Sole, ch'egli accelerasse il suo mouimento, tanto, che il Ratto del primo Mobile non le portasse all'Occaso: ma perche le sue parole erano ascoltate da gẽte, che forse non haueua altra cognizione de' Mouimẽti Celesti, che di questo massimo, e communissimo, da Leuante a Ponente, accomodandosi alla capacità loro, e non hauendo intezione d'insegnargli la costituzione delle Sfere, ma solo che ei comprendessero la grãdezza del Miracolo fatto nell' allungamẽto del giorno, parlò conforme a l' intendimento loro.

In Epist. ad Polycarpũ.

Hac forsan ratione motus Dionysius Areopagita dixit, Primum Mobile in hoc miraculo immotum substitisse, & consequenter etiam omnes Sphæras Cæleſtes: Quam sententiam amplectitur etiam D. Augustinus, eamque Abulensis fuse confirmat.

Hoc ipsum autem Josuam voluisse, ut totum scilicet Sphærarum Cælestium Systema sisteretur, apparet ex jussu ab eo etiam Lunæ facto, quamvis ea, ad diei prorogationem nihil quicquam conferre posset: Quod quidem præceptum ad Lunam directum, includit etiam alios omnium Planetarum orbes, quamvis eo loco non expressos, ut nec alibi in Sacris Litteris, quæ nihil minus, quàm Astronomicas Scientias hominibus tradere, pro scopo habent.

Ex his ergo, in fallor, satis manifeste apparet, etiam posito Systemate Ptolemaico, ea verba sensu aliquatenus à verbali diverso explicanda esse; eorum tamen veram & unicam interpretationem (utilissimis Augustini monitis edoctus) eam necessariò esse, quam modo supra retuli, adeo ut nemini alia melior & magis apposita subvenire possit, hanc equidem affirmaverim.

Verùm si forte ea verba, modo ad Josuæ sensum accommodationi, secundum Copetnicanum Systema cum adjunctione alius observationis in Corpore Solari

Forse questa consideratione, mosse prima Dionisio Areopagita a dire, che in questo Miracolo si fermò il primo Mobile, e fermandosi questo, in conseguenza si fermorono tutte le Sfere Celesti: della quale opinione è l'istesso S. Agostino, e l'Abulense diffusamente la conferma.

Anzi, che l'intenzione dell' istesso Giosuè fusse, che si fermasse tutto il Sistema delle Celesti Sfere, si comprēde dal comandamento fatto ancora alla Luna, benche ella non haueſſe che fare nell' allungamento del giorno: e sotto il precetto fatto ad essa Luna, L'intēdono gli Orbi de gli altri Pianeti, taciuti in questo luogo, come in tutto' l resto delle Sacre Scritture, delle quali non è stata intenzione, d'insegnarci le scienze Astronomiche.

Parmi dunque, s'io nō m'inganno, che assai chiaramente si scorga, che posto il Sistema Tolemaico, sia necessario, interpretar' le parole, con qualche sentimēto diuerso dal loro puro significato. La quale interpretatione, (ammonito da gli vtilissimi documenti di S. Agostino) nō direi esser' necessariamente questa, si che altra forse migliore e più accomodata non potesse souuenir' ad alcun' altro.

Ma se forse questo medesimo più coforme a quanto leggiamo in Giosuè, si potesse intender' nel Sistema Copernicano, con l'aggiunta d'una altra

noviter à me demonſtratæ, intelligi poſſint, eum in medium proferre non pigebit, hoc tamen prædicto, me rerum mearum adeo amantem non eſſe, ut nedum aliorum inventis præferendas eas putem. quin potius, ab aliis multò meliora, & Sacrarum Litterarum ſenſui accommodatiora adduci poſſe, facile credam.

Hoc ergo primùm poſito, in miraculo Joſuæ totum Cæleſtium Converſionum Syſtema juxta ſupra citatorum auctorum opinionem, immotum ſubſtitiſſe, ne ſcilicet, ſi ex omnibus Sphæris Cæleſtibus, unica tantùm motu ſuo prohibita eſſet, tota earum conſtitutio confuſa fuiſſet, & exinde magna in Univerſo Naturæ curſu, abſque ulla neceſſitate, perturbatio ſuboriretur. Secundò, conſiderandum propono, Solare Corpus, licet immotum in eodem loco ſubſiſtat, omnibus tamen ſuis partibus, menſis circiter ſpatio, in ſeipſum circumvolui, quemadmodum concluſivè videor mihi in epiſtolis meis de Maculis Solaribus demonſtraſſe: Quem quidem motum, ipſis etiam oculis perſpicimus fieri in ſuperiori parte globi vergentis verſus meridiem, indeque in inferiori parte verſus Aquilonem inclinari, eodem penitus modo, quo aliorum Planetarum revolutiones fiunt. Tertiò, Solis nobilitatem & præcellentiam perpendendo, eumque ut fontem Lucis conſiderando, à quo (ut à me neceſſariò demonſtratum eſt) non tantum

tra oſſeruazione, nuouamẽte da me dimoſtrata nel Corpo Solare, voglio per vltimo metter'in conſiderazione, parlando ſempre con quei medeſimi riſerbi, Di non eſſer' talmente affezzionato alle coſe mie, che io voglia anteporle a quelle de gli altri, e credere, che di migliori, e più conformi all'intẽzione delle Sacre Lettere, non ſe ne poſſano addurre.

Poſto dunque prima, che nel miracolo di Gioſuè ſi fermaſſe tutto' l Siſtema delle Conuerſioni Celeſti, cõforme al parer'de'fopranominati autori; e queſto, acciò che fermatone vna ſola, non ſi confondeſſero tutte le coſtituzioni, e ſi introduceſſe ſenza neceſſità gran perturbamento in tutto' l corſo della Natura; Vengo nel ſecondo luogo a conſiderare, come il Corpo Solare, benche Stabile nell'iſteſſo luogo, ſi riuolge però in ſe ſteſſo, facendo vna intera cõuerſione, in vn' meſe in circa, ſi come concludentemente mi par' d' hauer dimoſtrato nelle mie lettere delle Macchie Solari: il qual' mouimẽto veggiamo ſenſatamente eſſer' nella parte ſuperior' del Globo, inclinato verſo il Mezzogiorno; e quindi verſo la parte inferiore piegarſi verſo Aquilone; nell'iſteſſo modo appunto, che ſi fanno i riuolgimenti di tutti gli Orbi de' Pianeti. Terzo, Riguardãdo noi, alla Nobilità del Sole, & eſſendo egli Fonte di Luce, dal qual' pur', com'io neceſſariamente dimo-

Luna & Terra, sed & omnes alii Planetæ, itidem per seipsos tenebrosi, lumen accipiunt, haud à vera philosophandi norma alienum putaverim dicere, Solem velut Maximum Naturæ Ministrum, & quodammodo Animam & Cor ipsius Mundi, aliis omnibus Corporibus ipsum circumdantibus, suâ in seipsum circumvolutione non tantum Lucem, sed & Motum infundere; & haud aliter, ac Cordis Motu in animalibus cessante, omnium membrorum in iis motus confestim cessare necesse est: sic & Solis in seipsum conversione cessante, omnium aliorum Planetarum conversiones protinus sisti. Et quamvis de miranda vi & erergia Solis, multa graviſſimorum scriptorum testimonia adducere possem; unicum hoc Beati Dionysii Areopagitæ, in libro de divinis Nominibus, sufficiat, de Sole, hæc scribentis:

dimostro, non solamẽte la Luna e la Terra, ma tutti gli altri Pianeti, nell' istesso modo, per se stessi tenebrosi, vengono illuminati; Non credo, che sarà lontano dal ben' filosofare, il dire, Che egli, come Ministro Massimo della Natura, & in certo modo Anima e Cuore del Mondo, infonde a gl' altri Corpi, che lo circondano, non solo la Luce, ma il Moto ancora, co'l rigirarsi in se medesimo, si che nell'istesso modo, che cessando il moto del Cuore dell'animale, cesserebbono tutti gli altri mouimenti delle sue membra, così cessando la Conuersion' del Sole, si fermerebbono le Conuersioni di tutti i Pianeti. E come che della mirabil' forza & energia del Sole io potessi produrre gli assensi di molti graui Scrittori, voglio che mi basti vn' luogo solo del B. Dionisio Areopagita, nel libro *de diuinis Nominibus*: il quale, del Sole scriue còsi:

Lux ejus colligit, convertitque ad se omnia, quæ videntur, quæ moventur, quæ illustrantur, quæ calescunt, & uno nomine ea, quæ ab ejus splendore continentur. Itaque Sol Ἥλιος *dicitur, quod omnia congreget, colligatque dispersa:* Et paulo inferius, de Sole rursus hæc addit: *Si enim Sol hic quem videmus, eorum quæ sub sensum cadunt, essentias & qualitates, quæque multæ sint ac dissimiles, tamen ipse qui unus est, æqualiterque lumen fundit, renovat, alit, tuetur, perficit, dividit, conjungit, fovet fœcunda reddit, auget, mutat, firmat, edit, movet, vitaliaque facit omnia; & unaquæque res hujus universitatis, pro captu suo, unius atque ejusdem Solis est particeps, causasque multorum, quæ participant, in se æquabiliter anticipatas habet, certe majori ratione, &c.*

Sole

Sole itaque, tum Lucis Fonte, tum Motus Principio constituto, Volenteque Deo, ad jussum Josuæ, totum Mundanum Systema per multas horas immotum manere, Solem compescere, & motu cohibere suffecit, quo quiescente, simulque omnibus aliis conversionibus, tum Terra & Luna, tum & ipse Sol, omnesque alii Planetæ, in eadem sua qua prius constitutione permanserunt, nec interim toto eo temporis spatio dies ad noctem declinavit, sed per miraculum prorogatus est. Hacque ratione statuto Sole immoto, nullâ penitus in aliis aspectibus & reciprocis Stellarum constitutionibus mutatione inductâ, juxta nudum & exquisitum literalem Sacri Textus sensum, potuit in Terra dies prorogari.

Sed & hoc magni fieri debet, secundum hoc idem Systema Copernicanum, sensum literalem elici alius singularitatis in eodem hoc Josuæ miraculo, *Solem scilicet in motum constitisse in Medio Cæli.* In quem locum, Theologi varia moverunt dubia, cum probabile sit, eo tempore, quo Josua à Deo petiit diei prorogationem, Solem occasui tunc fuisse vicinum, non autem in Meridiano positum: quoniam si in Meridiano fuisset, cum tunc temporis esset Solstitium æstivum, & consequenter dies essent longissimi, non sit vero simile, ad consequendam ex pugna de hostibus victoriam, Josuæ necessum fuisse, diei prorogationem à Deo petere, cum septem &

Essendo dunq; il Sole, e fonte di Luce, e principio di Moumento, volēdo Iddio, che al comandamento di Giosuè restasse per molte hore, nel medesimo stato, immobilmente tutto il Sistema Mondano, bastò fermare il Sole, alla cui quiete, fermatesi tutte le altre Conuersioni, restarono e la Terra, e la Luna, e' l Sole, nella medesimā costituzione, e tutti gl'altri Pianeti insieme: nè per tutto quel tempo, declinò il Giorno verso la Notte; ma miracolosamēte si prolungò. Et in questa maniera, co'l fermar'il Sole, senza alterar'punto, ò confonder'gl'altri aspetti, e scambieuoli costituzioni delle Stelle, si potette allungare il giorno in Terra, conforme esquisitamente al senso literale del Sacro Testo.

Ma quello, di che, s'io non m'inganno, si deue far' non piccola stima, è Che con questa costituzione Copernicana si hà il senso literale apertissimo e facilissimo d'un altro particolare, che si legge nel medesimo Miracolo; il quale è, Che il Sole si fermò *nel mezzo del Cielo*: Sopra il qual passo graui Teologi muouon'difficoltà, poi che par molto probabile, Che quādo Giosuè domandò l'allungamēto del giorno, il Sole fusse vicino al tramontare, e non nel Meridiano: perche quando fusse stato nel Meridiano, essendo allora intorno al Solstizio Estiuo, e però i giorni lunghissimi, non par'verisimile, che fusse necessario pregar'l'allungamento

plus horarum tunc ſuperſtitum ſpatium ſatis ſuperque ei rei peragendæ ſufficeret. Qua re moti graviſſimi Theologi, exiſtimârunt, Solem tunc revera occaſui vicinum fuiſſe; idque verba ipſa ſubindicare videntur, *Ne movearis Sol, ne movearis*: Quia ſi Sol fuiſſet in Meridiano, aut ad miraculum recurrendum non fuit, aut ſufficiebat, Soli remoram aliquam à Deo deprecari. Hujusque ſententiæ eſt Cajetanus, cui Magaglianes ſubſcribit, eamque hoc additamento confirmat, dicens, Jo ſuam, eo die, antequam Soli, ne moveretur, præcepiſſet, tot alia patraſſe, ut ea medii diei ſpacio perfici non potuerint: Unde verba hæc *In Medio Cæli*, non adeò expedito & prono ſenſu ſic exponunt, quaſi dicatur, *Solem ſtetiſſe, dum adhuc in hemiſphærio noſtro, ſupra ſcilicet horizontem exiſteret.* At hanc & omnem aliam ejuſmodi duritiem vitabimus, Solem juxta Copernicanum Syſtema collocando in medio, i. in Orbium Cæleſtium & Converſionum Planetarum centro, quemadmodum omnino id facere neceſſarium eſt: quia ſive meridiana, ſive quavis alia hora veſpero vicina, ſupponamus diem prorogatum fuiſſe, Sole immoto manente in medio Cæli, id eſt, in Centro ipſius cæli, in quo Sol velut nativo & ſibi proprio loco reſidet, id utique fiet, ſenſu tanto magis verbis accommodato, quanto (præter ſupra

del giorno, per conſeguir, vittoria in vn'conflitto, potēdo beniſſimo baſtare per ciò, lo ſpazio di ſette hore, e più, che rimaneuono ancora. Dal che moſſi grauiſſimi Teologi, hāno veramente tenuto, che il Sole fuſſe vicino all'Occaſo: e così par' che ſuonino anco le parole, dicendoſi: *ferma ti Sole, ferma ti.* Che ſe fuſſe ſtato nel Meridiano; ò non occorreua ricercare il Miracolo; ò ſarebbe baſtato, pregar' ſolo qualche ritardamēto. Di queſta opinione è il Caietano, alla quale ſottoſcriue il Magaglianes, confermandola con dire, che Gioſuè haueua quello iſteſſo giorno, fatto tāte altre coſe auanti il comandamento del Sole, che impoſſibile era, che fuſſero ſpedite in vn'mezzo giorno: Onde ſi riducono a interpretar'le parole *in Medio Cæli*, veramente con qualche durezza, dicēdo, che le importano l'iſteſſo, che il dire, Che il Sole ſi fermò, eſſendo nel noſtro Emiſferio, cioè ſopra l'Orizonte. Ma tal'durezza, & ogni altra, (s'io non erro) ſfuggiremo noi, collocādo cōforme al Siſtema Copernicano, il Sole nel mezzo, cioè, nel Centro de gli Orbi Celeſti, e delle Conuerſioni de' Pianeti, ſi come è neceſſariiſſimo di poruelo. Perche ponendo qual ſi voglia hora del giorno, ò la meridiana, ò altra, quanto ne piace vicino alla ſera, il giorno fù allungato, e fermate tutte le Conuerſioni Celeſti, co'l fermarſi il Sole nel *mezzo del Cielo*;

memoratas) etiam ob hanc rationem, Quod si Solis stationem Meridiano tempore contigisse dicamus, verba textus non quadrant: nam propria ejus elocutio hæc esse debuisset, *Stetit in Meridie, vel in Meridiano Circulo*, & non, *In Medio Cæli*: Sphærici enim Corporis, quale est Cælum, verum & solum Medium, Centrum est.

Ceterum quod ad alia Sacræ Scripturæ loca, quæ huic positioni contradicere videntur, mihi non fit dubium, quin si ea, pro verâ, & rationibus necessariis demonstratâ, agnita esset, illi ipsi Theologi (qui dum eam falsam esse putant, ea loca, nullam explicationem huic Systemati consonam admittere posse autumant) interpretationes illi accommodatas facile inventuri essent, præcipueque si ad Sacrarum Litterarum intelligentiam, aliquam etiam Scientiarum Astronomicarum peritiam adjungerent: Et quemadmodum in præsentia, dum eam pro falsa habent, sibi videntur (dum Sacras Scripturas legunt) non nisi locos ei contrarios obvios habere: Sic si de ea aliter & sentirent, & mente conciperent, forte pari numero in Sacris Literis alios locos pro ea reperirent, & appositа videretur illis Sta. Ecclesia narrare, Deum Solem in Centro Cæli collocasse, indeque se instar rotæ in seipsum revolvendo, ordinatos Lunæ

Cielo; cioè nel *Centro di esse Cielo*, doue egli risiede: Senso tãto più accomodato alla lettera, (oltre a quel che si è detto) quanto che, quando anco si volesse affermare, la Quiete del Sole essersi fatta nell'hora del mezzogiorno, il parlar' proprio, sarebbe stato, il dire *Stetit in Meridie, vel, in Meridiano Circulo*, e non *in Medio Cæli*: Poi che, di vn'corpo Sferico, quale è il Cielo, il Mezzo, è veramente e solamente il Centro.

Quanto poi ad altri luoghi della Scrittura, che paiono cõtrariare a questa Posizione, io non hò dubio, che quando ella fusse conosciuta per Vera, e dimostrata, quei medesimi Teologi, che mentre la reputan' falsa, stiman' tali luoghi incapaci di espositioni cõcordanti con quella, ne trouerebbono interpretazioni molto ben'cõgiunte: e massime quãdo all'intelligenza delle Sacre Lettere aggiugnessero qualche cognizione delle Scienze Astronomiche: E come di presente, mentre la stiman' falsa, gli par' d' incontrar' nel legger'le Scritture, solamẽte luoghi ad essa repugnãti, quando si hauessero formato altro cõcetto, ne incontrerebbero per auuentura, altrettanti di concordi, e forse giudicherebbero, che Stã. Chiesa molto accõciamente narrasse, che Iddio collocò il Sole nel Centro del Cielo, e che quindi, co'l rigirarlo in se stesso, a guisa d'una ruota, contribuisse gl'ordinati

& aliis errantibus Stellis cursus contribuere, dum canit:

corsi alla Luna, & alle altre Stelle erranti, mẽtre ella canta:

Cæli Deus Sanctissime,
Qui lucidum Centrum Poli,
Candore pingis igneo,
Augens decoro lumine,
Quarto die, qui flammeam
Solis rotam constituens
Lunæ ministras ordinem,
Vagosque cursus syderum.

Possent & dicere, Firmamenti nomen, apprime secundum literam, Stellatæ Sphæræ, & omnibus quæ sunt supra Planetarum Conversiones, convenire: quod quidem firmamentum, juxta hoc Systema, stabile est & immobile.

Potrebbon'dire, Il nome di Firmamento conuenirsi molto bene, *ad literam*, alla Sfera Stellata, & a tutto quello, che è sopra le Conuersioni de'Pianeti, che secondo questa disposizione, è totalmente fermo & immobile.

Tandem, Terrâ juxta hoc idem Systema circulariter se movente, ad literam intelligi possent ejus Poli, ubi legitur:

Ad literam (mouendosi la Terra circolarmente) s'intenderebbono i suoi Poli, doue si lege,

Nec dum Terram fecerat, & flumina, & Cardines Orbis Terræ:

Qui tamen Cardines, frustra Globo Terrestri tribui viderentur, nisi supra illos Terra volueretur.

I quali Cardini paion'indarno attribuiti al Globo Terrestre, se egli, sopra non se gli deue raggirare.

FINIS.

Naturam rerum invenire, difficile: & ubi inveneris, indicare in vulgus, nefas.
Plato.

Excerptum

Ex Didaci à Stunica Salmanticenſis Commentariis in Job. editionis Toletanæ apud Joannem Rodericum anno 1584. in 4. Pag. 205. & ſeqq. in hæc verba Cap. 9. verſ. 6. *Qui commovet terram de loco ſuo, & columnæ ejus concutiuntur.*

POnit alium Dei effectum, ad ejus ſummam potentiam cum infinita Sapientia conjunctam demonſtrandam. Qui locus difficilis quidem videtur, valdeque illuſtraretur ex Pythagoricorum ſententia, exiſtimantium, Terram moveri naturâ ſuâ, nec aliter poſſe Stellarum motus, tam longe tarditate & celeritate diſſimiles, explicari. Quam ſententiam tenuit Philolaus, & Heraclides Ponticus, ut refert Plutarchus in libro de Placitis Philoſophorum: quos ſecutus eſt Numa Pompilius, &, quod magis miror, Plato Divinus, ſenex factus; ita ut, ſecus exiſtimare, abſurdiſſimum eſſe diceret, ut narrat idem Plutarchus in ſuo Numa: & Hippocrates in lib. de Flatibus, Aërem τῆς γῆς ὄχημα, i. Terræ vehiculum eſſe dicit. Noſtro verò tempore Copernicus, juxta hanc ſententiam, Planetarum curſus declarat. Nec dubium eſt,

quin longe melius & certius, planetarum loca ex ejus Doctrina, quàm ex Ptolemæi magna Compositione, & aliorum placitis reperiantur. Certum est enim, Ptolemæum non potuisse neque Aequinoctiorum motum explicare, neque ostendere certum & stabile anni principium: id quod ipse fatetur in tertio Magnæ Compositionis, cap. 2. idque inveniendum relinquit in posterum ab Astrologis iis, qui observationes majore quam ipse intervallo distantes possent comparare. Et quanquam id Alphonsini, & Thebith Ben Core explicare tentarunt: nil tamen profeciisse constat. Nam Alphonsinorum positiones inter se pugnant, ut probat Ricius. Thebit autem ratio licet acutior sit, & ex ea stabile tradat anni principium, (id quod Ptolemæus desiderabat) tamen jam apparet, æquinoctia longius progressa fuisse, quam ipse opinabatur progredi posse. Tum Sol nobis multo propinquior esse cognoscitur, quam erat olim, plus quadragena millia stadiorum. Cujus motus rationem neque Ptolemæus, neque alii Astrologi cognoverunt. Verumtamen harum rerum rationes disertissime ex motu Terræ à Copernico declaran-

clarantur & demonſtrantur, & reliqua omnia aptius convenire. Quam ejus ſententiam minime refellit, quod Salomon in Eccleſiaſte dicit: *Terra autem in æternum ſtat.* Tantum enim ſignificat, quod licet variæ ſint ſeculorum poſteritates, variæque hominum generationes in Terra; ipſa tamen Terra una eademque eſt, & eodem modo ſe habet. Nam locus ita habet, *Generatio præterit, & generatio advenit: Terra autem in æternum ſtat.* Quare non ita cohæret contextus, ſi de terra immobili (ut philoſophi tradunt) explicetur. Quod autem hoc capite Eccleſiaſtes, & multis aliis Scriptura Sacra, Solis motum commemorat, quem centro univerſi immotum ſtare vult Copernicus; nihil ejus placito adverſatur. Nam motus Terræ in ſermonibus Soli aſſignatur vel ab ipſo Copernico, & ab iis qui ipsũ ſequuntur, ſic ut Terræ curſum, ſæpe Solis curſum appellent. Denique nullus dabitur Scripturæ Sacroſanctæ locus, qui tam aperte dicat, Terram non moveri, quam hîc, moveri, dicit. Juxta igitur hanc ſententiam facile locus hic, de quo verba facimus, declaratur. Ut oſtendat mirabilem Dei potentiam atque ſapien-

Eccleſ. 1.

Motus Terræ, non eſt cõtra Scripturam.

ſapientiam, qui Terram, cum graviſſima naturâ ſit, univerſam motu cieat, atque agat, dicit, *Et columnæ ejus concutiuntur*: Ut ſignificet, eam, ex Doctrina poſita, à fundamentis moveri: